ALEXANDRI LAZZARINI ROMANI

Sacros. Basil. s. Mariae Transtyberim Canonici, SS. D. N. Papae ac Sedis Apostolicae Caeremoniarum Magistri, Sac. Theol. Jur. Utr. et Phil. Doct., in Gregoriana Universitate Ethices ac Juris publici Profess. Publ. Ordin., Bibliothecae Corsinianae Praefecti, Sacr. Congreg. Indicis Consultoris &c. &c.

DE VARIO TINTINNABULORUM USU APUD VETERES HEBRAEOS ET ETHNICOS.

VOLUMEN II.

ROMÆ MDCCCXXII.

Franciscus Bourlié Excudebat

Praesidum Facultate.

CAPUT IV.

De usu tintinnabulorum in Regis apparatu, in triumphali Imperatorum pompa, et in ducendis reis ad supplicium.

1. Apud veteres Ethnicos tintinnabula rebus non tantum sacris, funeribus, ac malis avertendis inservierunt, sed ad plures etiam alios usus tum publicos, tum privatos, tum etiam profanos, et ludicros adhibita eadem persepe sunt. Et primo quidem se offert regius apparatus, in quo plura etiam adesse tintinnabula consueverunt. Strabo enim (1) perhibet, veteribus Indis

(1) *Rerum Geographic. l. 15. Vet. Ed. p. 710., et pp. 1036. ac 1037. To. 2. novae Edit. Amstel. an.* 1707. loquens de rege Indorum ait „ Τῶν γε μὴν κατὰ πόλεμον ἐξόδων, μία μὲν ἐστιν ἡ ἐπὶ τὰς κρίσεις, ἐν αἷς διημερεύει διακούων οὐδὲν ἧττον, κἂν ὥρα γένηται τῆς τοῦ σώματος θεραπείας· αὕτη δ᾽ ἐστιν ἡ διὰ τῶν σκυταλίδων τρῖψις. ἅμα γὰρ καὶ διακούει, καὶ τρίβεται τεττάρων περιστάντων τριβέων. Ετέρα δ᾽ ἐστὶν ἡ ἐπὶ τὰς θυ-

fuisse in more positum, ut, tum cum Rex vel ad jus dicendum, vel ad venationem, vel ad sacrificia publice pergeret, praeter alia solemnia eumdem praeirent tympana, et tintinnabula.

2. Idem mos servatus animadvertitur apud Romanos in triumphali suorum imperatorum pompa. In ea enim eorumdem Imperatorum triumphantium curribus cum flagris adjiciebantur tintinnabula, si fides danda sit Joanni Zonarae Graeco historico, qui dum illum recenset triumphum, quem Romae de Vejentibus egit M. Furius Camillus, narrat, campanam ejus currui fuisse appen-

σίας ἔξοδος. Τρίτη δ᾽ ἐπὶ θήραν βακχική τις, κύκλῳ γυναικῶν περικεχυμένων, ἔξωθεν δὲ τῶν δορυφόρων. παρεσχοίνισται δ᾽ ὁδός· τῷ δὲ παρελθόντι ἐντὸς μέχρι γυναικῶν θάνατος· προηγοῦνται δὲ τυμπανισταί, καὶ κωδωνοφόροι". Nimirum, "Praeter exitum regis ad bellum, "alius est, cum ad ius dicendum exit, per diem "totum audiens, etiamsi hora sit, ut corpus curet: id "autem fit strigilum perfrictione: nam simul et audit, "et à tribus frictoribus perfricatur. Exit etiam ad "sacrificia. Tertio ad venationem, ubi Bacchico more maxima mulierum caterva circumfunditur, stipa- "tores exterius manent. Nam via funibus obtexitur: "quod si quis interius ad mulieres usque accedit, "interficitur. Praecedunt regem tympana, et tintin- "nabula gerentes".

sam.„ Appensa quoque erat (ait ipse (1)) „ currui nola, et flagellum: quae innuebant, eum in tantas calamitates posse „ incidere, ut aut flagris caederetur, „ aut capitis damnaretur. Nam qui ob „ facinus extremo supplicio afficiebantur, nolas gestare solebant, ne quis „ inter eundum contactu illorum piaculo se obstringeret „. Hactenus Zonaras, ex quo certe colligere licet, ideo morem hunc obtinuisse, non quidem ut mali abigerentur daemones, perinde ac suspicantur Auctores *Encyclopediae methodicae Parisiensis* (2), sed, veluti ex ipsis illius clare, aperteque patet verbis, ne triumphantes Imperatores magis, quam par esset, efferrentur, ac super-

(1) *Annalium To. 2. p. 32. Ed. Basileen. anni 1557. et To. 1. lib. VII. pag. 352. Ed. Paris. an. 1686.* „ Καὶ κώδων ἀπήρτητο, (ait) καὶ μάστιξ τῦ ἅρματος, ἐνδεικτικὰ τῦ καὶ δυστυχῆσαι αὐτὸν δύνασθαι, ὥστε καὶ αἰκισθῆναι, ἢ καὶ δικαιωθῆναι θανεῖν. Τὺς γὰρ ἐπὶ τίνι ἀτοπήματι καταδικασθέντας θανεῖν, νενόμιστο κωδωνοφορεῖν, ἵνα μηδεὶς βαδίζυσιν αὐτοῖς ἐγχριπτόμενος μιάσματος ἀναπίμπληται „.

(2) *Encyclopedie Methodique Classe Antiquites etc. To. 2. Art. Cloches Clochetes pag. 90. Col. 1. Ed. Patavinae.*

birent. Id autem qua ratione fieret, nobis tradit Turnebus „ Nam cum triumphante (ait ipse (1)) in curru servus „ publicus, qui coronam sustinebat, et „ carnifex cum tintinnabulo, et flagro „ erat „.

3. Quanquam hoc in loco adnotandum sit, non omnes integram hac de re fidem Zonarae adhibuisse. Audiendus prae caeteris est Magius, qui (2) sic loquitur „ Quam rem a nullo alio proditam scriptore Graeco, aut Latino „ mirari subit. Sane Plutarchus in Scipione Aemiliano omnem triumphi „ pompam optime explicans, nihil tale „ scriptum reliquit, ut suspicer, quod „ est a Zonara litteris mandatum, non „ antiquitus, sed sub recentioribus Imperatoribus fieri consuevisse, nimirum temporibus, saeculisve Zonarae „ proximis. Etsi Obertus Gifanius vir „ eruditissimus, et amicus mihi longe „ carissimus, ea de caussa, hac in re „ fidem adhiberi posse Zonarae mihi

(1) *Adversarior. l.* 23. *C.* 11.
(2) *In libro de Tintinnabulis C.* 11. *p.* 47.

„ Venetiis aliquando affirmaverit, quod „ Cornelius Tacitus Zonarae fidem ad- „ juvet in eo, quod de verbis Impera- „ tori triumphanti a nescio quo incla- „ mari solitis, scribit, scilicet ne gau- „ dio nimis efferretur: videríque Zona- „ ram, recentem prae Cornelio histo- „ ricum ex antiquo aliquo scriptore, „ quae supra retulimus, desumpsisse „.

4. Tympana etiam crepitaculis ornata, et munita ob laetitiae signum antiquitus pulsari consuevisse probat vetus quoddam tympanum iisdem undique circumdatum, cujus imaginem ex triumpho per Lipsium recensito se hausisse ait Bonannus (1), ac aere insculptam (2) attulit.

5. Dum ad extremum praeterea ipsum sontes ducerentur supplicium, ut ex allato (3) colligitur Zonarae loco,

(1) „ Noi qui esponiamo) inquit in Opere cui titulus *Gabinetto armonico n.* 82. *p.* 113.) „ un antica figura presa dal trionfo descritto dà Giusto Lipsio, la quale tiene il timpano ornato di sonagli, „ forsi perchè in tal' allegrezza si accresceva il suono, e si davano maggiori segni di plauso „.

(2) *Loc. cit. fig.* 82. *pag.* 111.

(3) §. 2.

tintinnsbula etiam veteribns fuerunt in usu, idque, ut ipse ait „ ne quis inter „ eundum contactu illorum piaculo se „ obstringeret „ vel etiam, quemadmodum subjiciunt Auctores *Encyclopediae Methodicae Parisiensis* (1), ut funestum rei morte damnati vitaret intuitum, ac triste augurium, nec illud carnificis executoris, ac etiam, velut iidem (2) non inepte coniiciunt, ne huiusmodi occursatione Flamen Dialis quodammodo inquinaretur, quos facile quilibet vitare poterat, audito tintinnabulorum sonitu, quae ipsorum collo suspendebantur, quod perspicere quisque valet in ipso schemate apud Magium (3) impresso. Rem hanc confirmare videtur Plautus, qui, dum narrat servi cujusdam supplicium, haec habet (4)

(1) „ On en mettoit encore (scilicet tintinnabula) (inquiunt *To. 5. Art. Tintinnabulum pag.* 251. *Col.* 2.) „ au cou des criminels, qui alloient au sup- „ plice, pour avertir les passans d' éviter la vue fu- „ neste, et de mauvais augure d' un homme conda- „ mné à mort, et celle non moins funeste du bourreau, „ qui devoit l' executer „.

(2) *To. 2. Art. Cloches Clochetes pag. 90. Col.* 2.

(3) *In libro de tintinnabulis. C. 11. p.* 49.

(4) *In Pseudolo*.

„ Verum extra Portam Metiam curren-
dum est prius.

„ Ca. Quid eo? Ps. lanios inde accersam
duos cum tintinnabulis „.

„ Quamquam (autem) tintinnabula ista „ non tam reos ipsos, quam carnifices „ gestasse „, putet Henricus Salmuth (1), idque ex allato Plauti loco plane colligi contendat, mihi rem omnem ita componi posse videtur, ut carnifices secum ferrent tintinnabula, quae tandem reorum ad supplicium pergentium appenderent collo.

6. Atque hinc coniicit Turnebus (2), Romanos, cum de servis supplicium sumerent, tintinnabula vel ad cogendam, vel ad arcendam plebem, ne quis illorum contactu inqninaretur, adhibuisse. „ Romani autem (inquit ille (3)) „ cum „ supplicium de servis sumebant, tintin„nabula ad plebem convocandam, ut „ reor, adhibebant, aut arcendam, ne „ contaminaretur. Plautus in *Psedolo*.

(1) *In Notis sive Commentariis ad Pancirollum Rer. memorabil. l. 2. tit. 9.*

(2) *Adversarior. l. 23. C. 11.* (3) *Ibidem.*

„ Lanios accersam duos cum tintin-
„ nabulis.

„ Iterum in *Truculo*

„ Ne ego bilingues vos necem nisi
„ Ad tintinnaculos voltis vos educi vi-
„ ros „.

„ Sic ex crepitu plagarum vocavit.
„ Quamquam ad tintinnabula quoque
„ respesse videri potest, cum ea etiam
„ adhiberentur, ut est auctor Zona-
„ ras „.

7. Verum non modo in servorum suppliciis, sed etiam in aliis quibuscumque adhibita fuisse tintinnabula satis perspicue indicat idem Turnebus, qui dum *tintinnaculos homines* definit, haec subiicit „ Qui sunt (ait (1)) tin-
„ tinnaculi viri? nempe carnifices, qui
„ tintinnabula habent ad sumendum de
„ aliquo supplicium. Nam qui ad sup-
„ plicium ducebantur, tintinnabula ge-
„ rebant „. Ac deinde in hujus rei confirmationem ipse affert Turnebus locum illum Zonorae, quem paullo supra nos etiam in medium protulimus. „ Posset

(1) *Lib.* I. *Cap.* 21.

„ et non inepte (subdit Turnebus (1)) „ sic eos quispiam appellatos existimare, „ propter crepitum plagarum, so„ nitumque verberum „.

8. Turnebo concinit Josephus Laurentius Lucensis, qui (2) sic ait „ In da„ mnatorum etiam suppliciis nolarum „ tinnitu admoniti, ne incauti occurre„ rent, et funestarentur, aut pollueren„ tur contactu, vel occursu funesti cor„ poris. Hinc carnifices dicti tintinna„ culi, quod iis uterentur in caedendis „ sontibus : etiamsi alii velint sic di„ ctos, quasi reddant tinnitum, dum „ caedunt flagris, et verberant „. Nec aliter sentit Franciscus Polletus Duacensis, qui tamen ad sola servorum, et peregrinorum supplicia hunc, de quo res est, coercuisse videtur morem. „ Sunt, „ qui putent (inquit (3)) carnifices, cum „ reos ad supplicium ducebant, ser„ vos, et peregrinos, tintinnabula ge„ stasse ad convocandam plebem, vel

(1) *Ibidem*.

(2) *Loc. cit.*

(3) *In Historia Fori Romani l. 5. C. 5. apud Polenum in supplemento ad Graevium p.* 644.

„ submovendam fortasse, ne contami-
„ narentur. Hinc tintinnaculi viri: Plau-
„ tus &c. (atque ibi adductis illis Plauti
„ locis sic prosequitur) Licet nonnulli
„ a sonitu, qui per onomatopaejam *tax*
„ dicitur, vel tinnitu flagrorum dici
„ malint „. Cuiusmodi prae aliis sensit Ambrosius Calepinus (1). Eadem plane ratione Plauti locum interpretatus est Clar. Vir. Justus Lipsius (2), qui saepe memoratum, et a nobis allatum Zonarae locum in sententiae, atque interpretationis suae confirmationem adducit.

9. Utrum autem vel ex flagrorum, quae agitabant, et quibus reos percutiebant, strepitu, vel ex ipso tintinnabulorum, quae gerebant, sono viri tintinnaculi a veteribus dicerentur carnifices, quaestionem in medio reliquisse videtur doctissimus vir Gerardus Joannes Vossius tum hanc tum illam aliam adsciscens derivationem. „ Viri tintin-

(1) *In Dictionario Art. Tintinnaculi Part. vel To. 2. pag.* 727. *Col.* 2. *Edit. Lugdunen. anni* 1681.
(2) *In Tract. De Cruce.*

„ naculi (ait (1)) hoc est carnifices,
„ sive quia tintinnabula gestarent, ut
„ est apud Zonaram, sive quia caeden-
„ do loris corpora tinnitum quemdam
„ excitarent „.

10. Aliter vero, ac nos hactenus exposuimus, Plauti locum explicat Scaliger, qui *tintinnabuli* vocem pro significando potius quodam vehiculorum genere ab eo adhibitam fuisse contendit.
„ Tintinnabulum abest hinc, (in-
„ quit (2)) Sirpiculaeque olerorum.
„ Est autem vehes ex crate. Sunt enim
„ hic duo genera vehiculorum, sirpea,
„ aut sirpicula, et tintinnabulum. De
„ sirpeis habes hic apud Varronem.
„ De tintinnabulo non ita cognitum om-
„ nibus. Plautus in Pseudolo. . . . . .
„ Lanios inde arcessam duos cum tin-
„ tinnabulis

„ Eadem duo greges virgarum indè
„ ulmearum adegero.

„ Quod tamen vocabulum Scholastico-
„ rum, et Grammaticorum nationi antea

(1) *In Etymologic. Linguae Lat. Art. tinnio p.* 522. *Edit. Amstael. an.* 1662.

(2) *In Commentar. ad Varronis l. d. Ling. Lat.* 4. *ad verba Sirpea Lucilius*.

„ ignotum fuit„.Eamdem Scaligeri expositionem ad Plauti locum servavit Lambinus in suis ad Plautum *Commentariis*. „ Cum tintinnabulis (ait (1)) cum „ vehiculis. Nam tintinnabulum prae- „ ter vulgatam significationem, genus „ vehiculi est, quod indicat Scaliger „ Josephus *Commentar. in Varron.* „. In Scaligeri, et Lambini interpretationem concessit quoque Franciscus Dousa (2). Illum siquidem Lucilii exponens (3) versum, scilicet

„ Tintinnabulum abest hinc,

„ Sirpiculaeque olerorum „

ita subdit „ Sunt hic in Lucilio (inquit „ ille) duo genera vehiculorum, ut in „ coniectaneis observat magnus Scali- „ ger, tintinnabulum, et Sirpea, aut „ Sirpiculae. De tintinnabulo Plautus „ in Pseudolo

„ Lanios inde arcessam duos cum „ tintinnabulis &c. „.

11. Verum in maximum, eumque vehementissimum errorem Scaligerum cum suis asseclis, incidisse mihi res est

(1) *In Comment. ad cit. Plauti locum.*
(2) *In Notis ad Lucilii Satyras.*
(3) *Satyr. l. 15. V. 14.*

exploratissima. Eius enim interpretatio communi opponitur illius vocabuli, scilicet *tintinnabuli* apud veteres scriptores acceptioni.„ Quid fuit in mentem Sca-
„ ligero (apposite ait Gronovius eumdem
„ Plauti locum interpretans (1)) cum ad
„ quartum Varronis notaret, duo esse ge-
„ nera vehiculorum, sirpeas, et tintinna-
„ bula, et insultaret Scholasticorum et
„ Grammaticorum nationi, quibus haec
„ essent ignota vocabula? Quid illis, qui
„ toties hoc ex illo scribunt? Imo nec
„ sirpea vehiculum est: sed imponitur
„ vehiculo, nec tintinnabulum, sed si
„ quando appenditur. De sirpea alibi:
„ Sed dixerit Lucilius. Tintinnabulum
„ abest hinc, sirpiculaeque olerorum.
„ Quid hic, quamobrem credam ea es-
„ se vehicula? Quid in loco Plauti? Pa-
„ lam est carnifices, et tortores de-
„ scribi, qui solebant caedere Κώδω-
„ νοφορῦντας, ut ab aliis jam notatum.
„ Et tamen etiam nolas ad usum sacrifi-
„ ciorum comminiscuntur. Lusus est
„ servuli, qui de supplicio, quo vult

(1) *In Notis, et Observat. ad Plautum.*

„ mactari lenonem, loquitur, quasi de „ sacrificio, quo is, quem Jovem sibi „ fecerat herus, mactetur. Itaque pro „ carnificibus dicit lanios, quasi victi- „ marios, sed cum tintinnabulis, quibus „ carnifices ornabant noxios pro hostiis, „ greges virgarum ulmearum, vel vir- „ gas in fascem colligatas „. Atque hinc, veluti optime subjicit Joannes Schefferus (1) „ Neque dubitari debet, quin „ tintinnabulum loco nullo vehiculum „ significet. Quid tamen est, quod Lucilius, „ ubi de sirpiculis agit, tintinnabuli facit „ mentionem? Quo ista pacto cohaerent? „ Puto usum figura, quam appellant „ ἓν διὰ δυοῖν, et tintinnabulum, sirpicu- „ lasque posuisse pro sirpiculis cum „ tintinnabulo „. Quem plane sensum ipse quoque adscivit Ludovicus De la Cerda. Inquit (2) enim „ Tintinnabulum „ vehes, qua stercus evehitur, inde „ fortassis, quod tintinnabula appende- „ rentur, ut audiretur vehiculum ap-

(1) *De re vehicular. C.* 33. *apud Polenum in cit. Supplem. Graevii To.* 5. *p.* 1497.

(2) *In supplementis ad Dictionar. Ambrosii Calepini Art. Tintinnabulum To.* 2. *p.* 727. *Col.* 2.

„ propinquari, quo quisque omnis ge„ neris sordes posset imponere. Lucilius „ Tintinnabulum abest hinc, sirpicu„ laeque olerorum „.

12. Ille autem recentiori aetate, teste Stockfleto (1), Noribergae invaluit usus, ut reis morte, qua fuerant damnati, publica auctoritate exemtis in ea colli parte, quae sub occipite est, tintinnabulum appenderetur.

13. Romae autem ille, adhuc Theodosio imperante, veluti prater Paulum Diaconum (2) luculenter narrant Socrates (3), et Nicephorus (4), obtinebat mos, ut ad ipsa mulierum adulteria, iis, qui vel in proximo adessent, vel per viam transirent, detegenda et significanda, maximoque publici huius dedecoris, ac infamiae punienda supplicio adhiberentur

(1) *In Exercitat. Academica de Campanaeum usu Part. 1. C. 20. p.* 96.

(2) *Historiae Miscellae l.* 13. *n.* 2. *sive in continuat. Hist. Rom. Eutropii inter Hist. Augustae Scriptores Edit. Hannovien. an* 1611. *p.* 903.

(3) *Hist. Eccles. l.* 5. *c.* 18.

(4) *Hist. Eccl. l.* 12. *C.* 22. *Edit. Paris. anni* 1630. *To.* 2. *p.* 265., ubi turpem hanc consuetudinem, atque institutum perhibet, ae fuso luculenter pandit, et persequitur stylo.

tintinnabula. Quod profecto turpissimum institutum atque consuetudinem, simul ac in Italia degens piissimus rescivit Imperator, perinde ac plures alias eiusdem speciei fuisse ab eo de medio sublatas, et severissime prohibitas, iidem adiiciunt Socrates (1), et Nicephorus (2). Hanc quidem Romae fuisse consuetudinem inficiatur Spondanus (3). Quippe qui eamdem apud neminem se legere meminisse ait. „ Siquidem ibi lex Ju„ lia (veluti subiicit (4)) semper vi„ gens extitit vindex adversus adulte„ ros „. Id tamen à Socrate, atque Nicephoro penitus confictum fuisse dici, ac omnem proinde fidem iis abiudicari non posse videtur. Utpote quia vel monumento, vel Scriptori, cuius temporis iniuria periit memoria, vel communi tandem illius, in qua vivebat, aetatis fulciri potuit traditioni. Illud autem certo constat, Theodosium publicis aliis poenis adulteras mulieres plectendas

(1) *Ibidem*. (2) *Ibidem*.

(3) *In Epitome Annalium Eccl. Card. Baronii. ad an.* 389. *n.* 9. *To.* 1.

(4) *Ibidem*.

esse, editis constitutionibus (1), sanxisse.

14. In aliquibus vero Italiae locis adhuc aetate sua in more fuisse idem innotescere narrat Spondanus (2) „ ut „ viduarum ad vota secunda transeun- „ tium matrimonia hoc tintinnabulorum „ sonitu derideantur „.

CAPUT V.

De usu tintinnabulorum in Thermis.

1. Maximus apud veteres Ethnicos, ac praesertim Romanos Thermarum usus fuit. Eò enim pergere consueverunt sive ii, qui pila sese antea exercuerant, veluti notavit Galenus (3), sive alius quilibet calidis balneis ablui, et recreari voluerit. Sed quoniam id statis fiebat horis, hyeme nimirum nona, ut cum

(1) Quatuor bac de re Constitutiones extant in *Codice l. 9. tit. 9. Ad legem Juliam de adulteriis et stupro ll.* 32. 33. 34., *et* 35. (2) *Ibidem*.

(3) *In Libro de parvae pilae ludo lib.* 4.

discrimine temporis narrat Plinius junior (1), aestate autem octava ab ipsis censoriis legibus (2) Thermis dedicata, sive, quod perinde se habet „ a meri„ diano ad vesperum „ veluti ait Vitruvius (3), ut populus idcirco, eadem cognita, in Thermas ad lavandum conveniret, ea, sicut idem adiicit Plinius (4), nuntiabatur. Qua de re idcirco instar signi adhibita tintinnabula sunt in summo quopiam fastigio posita, ut audiri ab omnibus possent. Ea nanque tum hominibus cogendis, tum distinguendis, et indicandis horis idonea vel maxime sunt. Audiendus est hac de re Martialis idipsum mirifice confirmans.

„ Redde pilam, (inquit (5)) sonat aes
„ thermarum, ludere pergis?

(1) *Epist. l.* 3. *Epist.* 1. „ Ubi hora balnei nun„ tiata est: (inquit) est autem hyeme nona, ae„ state octava „.

(2) Ita prae aliis innuit Thomas Dempsterus in *Not. seu Paralipom. ad l.* 1. *C.* 14. *Antiquit. Roman. Jo. Rosini p.* 63. *Col.* 2. *Edit. Trajecti ad Rhenum an.* 1701.

(3) *Architect. l.* 5. *C.* 10. (4) *Ibidem*.

(5) *Epigrammat. lib.* 14. *Epigr.* 163.

„ Virgine (1) vis sola lotus abire
„ domum „ ?

2. Ex quo certe Martialis loco evidentissime patet, tum tintinnabuli, ejusque majoris signo publicam in thermis lotionem indici apud veteres consuevisse; (secus enim undique ab iis etiam, qui longe aberant, idem audiri non potuisset); tum, elapsa illa deinde lavandi hora usque ad vesperam (2) constituta,

(1) Quid sibi velit Virgo illa, de qua disserit Martialis, nobis dilucide tradit Rocca in cit. de *Campanis Commentario pp* 160. *et* 161. *Opp. To.* 1., cuius verba hoc in loco escribere praestat. „ Aqua vero (inquit), „ quae à Martiale *Virgo* dicitur, adhuc extat Romae „ ad Campum Martium, nec non ad Trivii fontem, „ et ad hanc usque diem ita vocitatur ob quamdam „ Virginem, quae militibus Romanis, ut Scriptores „ aiunt, quaerentibus aquam, ingentem aquae venam „ monstravit, quam deinde Agrippa ab octavo lapide, „ diverticulo, duorum millium passuum Praenestina „ via Romam adduxit. Forma ipsius Aquaeductus „ praesens in tempus Romae item cernitur non pro- „ cul ab Ecclesia S. Silvestri in Octavii Bubali no- „ bilis Romani hortis, in quibus legitur inscriptio „ lapide Tiburtino insculpta, ubi fit mentio de dicta „ aqua, quae Virgo nuncupatur „.

(2) „ Quod maxime tempus lavandi (ait Vitruvius *loc. cit.*) „ a meridiano usque ad vesperam est „ constitutum „. Scribit enim Capitolinus ante Alexandri Severi tempora nunquam thermas ante auroram

thermas frigescere, ac sola plane aqua frigida, seu Virgine frigida lotionem fuisse faciendam. Quippe quae perinde ac ante statam illam horam nemini nisi aegroto (1) publica ideo permittebatur lotio, ne palaestram, et exercitationes, quas immediate (2) consequebatur, eadem impediret, ita nec post eam, ne coenae tempus, quae post lotionem tunc illico (3) inibatur, ullatenus retardaretur.

3. Nec aliter porro in allatis Martialis explicandis, et adhibendis carminibus praeclariores omnes ejus versan-

fuisse apertas, et semper ante solis occasum easdem claudi consuevisse, ipsumque Imperatorem thermarum luminibus oleum addidisse, quae et in nocte paterent.

(1) Ante octavam horam (inquit Spartianus in *Hadriano*) „ in publico neminem, nisi aegrotum lavari passus est „.

(2) Ita prae aliis perhibent Tullius *Epist. ad Atticum lib.* 8. *et* 9., Galenus *loc. cit.*, et Martialis *Epigramm. lib.* 10. *Epigr.* 48.

(3) Hunc morem aperte tradunt tum Plautus in *Amphitruone*, tum Tullius de *Orat.*, in *Orat. pro Dejotaro*, *et Epist. ad Atticum lib.* 8., tum Plinius *loc. cit.*, tum Apulejus *Metamorph. l.* 4., tum Athenens *Paedagog. lib.* 4., tum alii permulti.

tur interpretes, Raderus (1) nimirum, Domitius Calderinus (2), Farnabius seu alius quilibet (3), Vincentius Collesso (4), caeterique docti, ac eruditi viri, cujusmodi prae aliis sunt Mercurialis (5), Magius (6), Hadrianus Junius (7), Laurentius Lucensis (8), Ursinus (9), Baccius (10), Casalius (11),

(1) *In plenis commentar. ad loc. cit. Martialis pp. 961. et 962. Ed. Moguntinae an. 1627.*

(2) *In comment. perpetuis ad loc. cit. Mart. To. 1. p. 807. Ed. Paris. an. 1601.*

(3) *In notis ad cit. loc. p. 776. Ed. Lugd. Batav. an. 1661.*

(4) *Sive in Paraphrasi, aut interpretatione, sive in Notis ad loc. cit. tum p. 777. Ed. Paris. an. 1680., tum p. 586. Ed. Amstelaedam. an. 1701.*

(5) *De arte gymnast. l. 1. C. 10. p. 50. Ed. Ven. an. 1601.*

(6) *In libro de Tintinnabulis C. 3. p. 28.*

(7) *Animadversor. l. 3. C. 11.*

(8) *In Collectione de praeconibus, citharoedis, fistulis, ac tintinnabulis C. 4. apud Gronovium in Thesauro To. 8. p. 1470.*

(9) *In Append. ad Ciaccon. de Triclinio p. 130. Ed. Amstelaedam. an. 1664.*

(10) *De Thermis veterum C. 12. apud Graevium in Thesauro To. 12. p. 324.*

(11) *De profan. et sacr. veteribus ritibus P. 2. de prof. Romanor. rit. cap. 24. sub num. 39. in fine p. 133. Ed. Francofurti an. 1681.*

Henricus Salmuth (1), Rocca (2), Chifletius (3), Rosinus, (4), Blanchinius (5), atque, ut complures alios hujus generis praeteream scriptores, *Encyclopediae methodicae Parisiensis Auctores* (6).

4. Nonnulli quidem illa Martialis verba, scilicet *aes thermarum* intelligenda esse contendunt non de tintinnabulo, sed de aliquo clypeo ex aere constructo pro minuendo, vel augendo aquae calore. Ast, ut mihi videtur, perperam. Etenim tintinnabula in balneis fuisse a veteribus adhibita patet ex vetustissimo quodam aereo tintinnabulo, quod extare apud se nobis perhibet Ursinus (7), et adinventum olim fuisse ad-

(1) *In Notis sive Commentariis ad Pancirollum, Rerum memorabil l. 2. tit. 9. pag.* 161.

(2) *In Commentario de Campanis C. 3. Opp. To. 1. p.* 160. *Col.* 2.

(3) *Aqua Virgo apud Graevium in Thesauro To. 4. Col.* 1792.

(4) *Antiquitat. Romanar. l. 1. C. 14. p.* 60.

(5) *In cit. Diss. de tribus generibus instrum. Musicae veterum organicae c. 3 n. 8. p.* 51.

(6) In Classe *Antiquités ec. To. 2. Art. Cloches, Clochetes p.* 90. *Col.* 2.

(7) *Loco et pagg. cit.*

dit an. 1548. in Exquiliis in ruinis Thermarum Diocletiani Imperatoris et inscriptionem habere FIRMI BALNEATORIS . Quae certe ostendunt balneis illud inserviisse . Secus enim nec in thermis extitisset, nec apud balneatorem (1), publicorum scilicet balneorum praesidem fuisset .

5. Accedit vetus anaglyphum , thermas exhibens , in quarum parte nimirum fenestra,duo repraesentantur appensa funiculi ope vasa tintinnabulorum referentia formam , quorum minus ex majori item per funiculum introrsum insertum pendet,et quae (2) afferens, atque (3) illustrans Blanchinius,indeque Montfauconus (4) totidem instrumenta esse

(1) Id tum ex antiquo marmore , tum ex verbis Capitolini in *Claudio secundo* probat Casalius *loc. cit. sub. n.* 39. *p.* 131. , ubi adiicit etiam ex Juvenali *Satyr.* 2. , et Horatio *Serm. l.* 1. *Satyr.* 3. , eosdem exigere solitos fuisse quadrantem ab iis , qui lavabantur .

(2) *Loc. cit. sub C.* 3. *Tab.* 7. *Fig.* 8.

(3) *Ibid. C.* 3. *n.* 8. *pp.* 50. *et* 51.

(4) *Supplement au livre de l' antiquité expliquée L.* 8. *C.* 6. *To.* 3. *Tab.* 78. *Fig.* 8. , *et* §. 6. *p.* 198.

censet thermarum usui destinata, et in earumdem aditibus appendi solita, ut eorum sonitu cognosci posset, qua hora eò ingredi, et inde qua hora egredi oporteret, atque liceret, et a quibus „ fortassis etiam aenea figurata vasa, a „ Vitruvio in theatris memorata, ne- „ quaquam diversa fuisse „ (1) addit. Et quoniam in altera hujus ejusdem anaglyphi parte, in alia videlicet thermarum fenestra cymbalum instar lebetum, aut lancium praegrandium effictum, orbiculare nimirum aes foraminibus in ejus limbo per circumferentiam aequo intervallo dissitis, ex quibus crepitacula, vel tintinnabula, vel alia non dissimilia corpora sonum editura pendi valerent, existebat, et quod ex eodem anaglypho haustum idem affert (2), et (3) explicat Blanchinius, assertus duorum illorum tintinnabulorum in thermis usus evidentissime, ut mihi videtur, inde confirmatur. Quod si tintinnabula in balneis usitata fuisse patet, quid est,

(1) *Ibidem*.

(2) *Sub cit. Cap.* 3. *Tab.* 8. *Fig.* 15.

(3) *Ibidem Num.* 15. *p.* 57., *et n.* 17. *p.* 58.

quod verba illa Martialis potius de clypeis, quam de illis intelligas?

6. Verum ita esse accipiendam hujus Poetae mentem fuso calamo, et praeclarissime ostendit Magius (1), cujus verba praestat hoc in loco excribere. „ Quanquam sunt, (ait ipse) qui illud „ aes ad clypeum aereum referant, qui „ catena pendebat ex orbiculari fene„ stra fornicis Laconici, per cujus de„ ductionem, ac reductionem nunc au„ gebatur, nunc imminuebatur calor, „ de quo clypeo mentionem facit Vitru„ vius. In Laconico tamen Pisano, qui „ integer adhuc e maximis thermis ad „ Portam, qua itur Lucam, spectatur, et „ de quo Robortellus meus libellum edi„ dit (ut hoc obiter adnotemus) non „ ut in caeteris orbicularis fenestra in „ fornicis medio spectatur, sed multi„ latera, et aliae multae circum quadri„ laterae altera parte longiores, quas, pen„ dente e media clypeo, speculari la„ pide, aut velo, aliave materia; quae „ lucem transmitteret, claudi consue-

(1) *In Libro de Tintinnabulis C. 3. pp. 28. et seqq.*

„ visse, ne vapor statim efflueret, faci-
„ le crediderim. Nunc ad rem nostram
„ redeamus. Qui id de clypeo illo exi-
„ stimat, magno, ut mihi videtur, in
„ errore versantur; quod unius duntaxat
„ scriptoris auctoritate apertum facio.
„ Siquidem Aelius Spartianus ait, nescio
„ quem Romanum Imperatorem e ther-
„ mis *tintinnabulum* amovisse. Si ve-
„ ro aliquis *tintinnabulum* pro clypeo
„ illo accipi contendat, erroris facile
„ convinci poterit. Nam amoto e ther-
„ mis, i. e. Laconico, aereo clypeo,
„ haud satis intelligo, quo pacto suda-
„ torii ratio constaret. Ad haec si cly-
„ peum pulsari consuevisse dicamus:
„ ut hoc pacto lavaturi convocarentur,
„ non satis perspicio, quam commode
„ id fieri posset, illo ex alto satis loco
„ propendente. Altum nanque Laconici
„ Pisani fornicem esse unusquisque vi-
„ dere potest; locus enim Robortelli
„ cura, dum humaniores litteras in Pi-
„ sano gymnasio profiteretur, optime
„ fuit repurgatus. Quod si è superiore
„ fornicis parte malleo, vel alia prae-
„ dura materia clypeum tundi solitum

„ suspicetur aliquis; et hic videat, quam
„ recte id, et sine catenae deductione, ut
„ calor exhalaret, ac sudatorium non-
„ nihil refrigesceret, fieri potuerit. Ac-
„ cedat eo, quod cum thermarum con-
„ structio late pateret, usque adeo ut
„ Romae thermae Diocletianae, quan-
„ tum hodie e ruinis cognoscere licet,
„ municipii magnitudinem facile aequa-
„ rent, sonus ex ictu clypei intra for-
„ nicem illum, clausumque locum edi-
„ tus ad omnes, qui in thermis agerent,
„ et lavaturi convenirent, pervadere non
„ poterat. Nec ad rem pertinet, si quis
„ dicat, locum, in quo lavaturi, pila
„ prius exercebantur, fuisse Laconico
„ proximum ut vel a surdastris clypei
„ sonus audiretur. Nam respondeo,
„ tinnitum aeris thermarum, hoc est tin-
„ tinnabuli, quo de agimus, procul etiam
„ audiri, et percipi consuevisse, ut non
„ solum, qui pila exercerentur, et in
„ thermas convenissent, sed et qui a
„ thermis longe abessent, convocaren-
„ tur lavatum, quod Ciceronis aucto-
„ ritate probatur; siquidem in Tuscu-
„ lanis (nisi me fallit in loci indicio

„ memoria), ait, *simul atqae incre-* „ *puisset.*, id est, (ut ego interpretor) „ thermarum tintinnabulum tinnitum „ edidisset, *Romanos*, *relictis philoso-* „ *phis*, *et praeceptoribus unctum* (nam „ qui lavissent, ungebantur) *ire soli-* „ *tos*. Sed in re aperta testibus utor „ non necessariis „.

7. Quanquam non e *Tusculanis quaestionibus*, sed ex *dialogis de Oratore* (1) ille Tullii haustus sit locus, nec de tintinnabuli, vel campanae sono ea is usurpet, ast de sonitu, vel crepitu disci, qui erat seu, veluti aliis (2), ac praesertim Eustathio (3) videtur, gravis quidam lapis, utpote ferreus, vel plumbeus, *massa* dici antiquitus solitus, seu, sicuti alii autumarunt, quibus se

(1) *L.* 2. *C.* 5.

(2) Ita discum intellexisse videntur Prusteus in *Notis ad loc. cit. Tullii p.* 8. *Nota* 1. *Opp. To.* 1. *P.* 3. *Edit. Paris. anni* 1687. *in usum Delphini*, Olivetus, qui *in Not. ad loc. cit. Opp. To.* 1. *pag.* 208. *Edit. Genev. anni* 1758. Prusteum exscripsit, Soderinus in *Not. ad cit. loc. pag.* 127. *Nota* 1. *Edit. Florent. anni* 1755. Sed consulendus est Pitiscus in *Lexic. Antiquit. Roman. T.* 2. *Art. Discus p.* 54. *Col.* 1. *Ed. Ven. an.* 1719.

(3) *In Homer. ad L.* 11. *Iliad. v.* 774.

assentiri ait Mercurialis (1), indeque Pitiscus (2), lamina (3) quaedam nunc lapidea, nunc ferrea, nunc etiam (4) aenea trium, vel quatuor digitorum crassitudine, paullo plus pede longior, eademque orbicularem, attamen, ne forsitan ex alto ruens frangeretur, planam, sive quasi lenti similem referens formam, quam ea quidem arte, ne deriderentur, ac ne damno spectatores afficerent, manu nimirum ad pectus adducta, eademque tum extrorsum, tum deorsum reducta, rotationis instar in aerem ejaculari certatim juvenes, *discoboli* proinde appellati conabantur, et qua superior, atque laude dignus ille judicabatur, qui eam sive altius, sive longius ultra praefinitam jecisset metam. Et quoniam sive rotando, sive decidendo ingens inde quidam prodibat crepitus, de hujusmodi

(1) *De arte gymnast. l. 2. C. 12. p.* 123.

(2) *Ibidem*.

(3) Consulantur tum Mercurialis, tum Pitiscus *loc. cit.*

(4) Hanc laminam, ut *ibidem* refert Mercurialis, „ aeneam quoque ex sepulcro Marci Mannii Philopatris „ Athletae in via Salaria posito se vidisse testatus est „ peritissimus Ligorius „.

plane disco, non de illo alio, quemadmodum arbitratus est Rocca (1), qui erat, ut idem ait (2) „ lanx i. e. vas „ escarium „ sive, ut Mercurialis (3) utar „ verbis „ quadra rotunda, qua epulae „ in. mensas ferebantur, unde δισκοφόροι „ appellati sunt, qui quadris ferendis „ destinantur „ loquutus est Tullius, cujusmodi eum intelligendum esse tum Petrus Faber (4), tum Prusteus (5), tum Olivetus (6), tum Soderinus (7) pandiderunt. Quippe qui Tullius et discum audiri, eumdemque increpare, sive, ut explicat Soderinus (8), sonitum reddere ait, ac unctionem praeterea memorans, ceterasque gymnicarum exercitationum, quae a nudis, et unctis inibantur, species innuit, quibus prior illa duntaxat, non haec alia valet adnumerari disci species, quae nec audiri, nec increpare, ast unico excipi, et ani-

(1) *Loc. cit.* (2) *Ibidem*.
(3) *Ibidem*.
(4) *Agonisticon l. 2. C. 4. p. 122. Ed. Lugdun. an.* 1592.
(5) *Loc. cit.* (6) *Loc. cit.*
(7) *Loc. cit.* (8) *Loc. cit. Nota 2.*

madverti olfactu poterat. Ita enim loquitur Tullius „ Et hoc ipso tempore, (in„ quit (1))cum omnia gymnasia philoso„ phi teneant, tamen eorum auditores „ discum audire quam philosophum ma„ lunt, qui simul ut increpuit, in media „ oratione de maximis rebus et gravis„ simis disputantem philosophum omnes „ unctionis caussa relinquunt. Ita levis„ simam delectationem gravissimae, ut „ ipsi ferunt, utilitati anteponunt „. Quamobrem aliter ac oportebat, Tullium explicarunt, atque interpretati sunt Rocca (2), et Magius (3), qui tamen postremus, si vel in ipso ejus afferendo loco, ut notavimus, est deceptus „ car„ ceri Turcico (ut verbis utar Rocca (4)) qui eum propterea corrigendum aggreditur) „ mancipatus excusatione dignus „ censetur, quippe qui sine libris li„ bellum suum conscripsit „.

8. Utrum autem unum, vel plura tintinnabula, veluti a caeteris dissidentes

(1) *Loc. cit. Opp. Vol.* 2. *pp.* 85. *et* 86. *Ed. Ven. an.* 1731.

(2) *Loc. cit.* (3) *Loc. cit.*

(4) *Ibidem*.

senserunt Baccius (1), Blanchinius (2), et *Encyclopediae Methodicae Parisiensis* Auctores (3), thermarum ingressus indicio tradendo inservirent, veteribus tum monumentis, tum scriptoribus silentibus, nullo modo definiri posse mihi videtur. Quandoquidem multiplicis tintinnabulorum numeri vestigium aliquod reperire non licet, nisi apud duo illa nuper (4) memorata, et a Blanchinio (5) allata monumenta, quibus vel bina, unum nimirum ex alio successive pendens, vel plura etiam orbiculare quoddam aes circumdantia tintinnabula, quot sunt ejus foramina, non alia plane de re ibidem efficta repraesentantur.

9. Unicum quidem est tintinnabulum illud ab Ursino (6) recensitum; et aes, non aera thermarum memorat Martialis (7). Sed praeter illud alia insuper

(1) *Loc. cit.* (2) *Locis cit.*

(3) Hi quamvis nonnisi unico tintinnabulo thermarum signum antiquitus indici consuevisse, *loc. cit.* asserant, iidem tamen *To.* 5. *art. tintinnabulum p.* 251. *col.* 2. ad id plura innuere videntur tintinnabula.

(4) §. 5. (5) *Loc. cit.* (6) *Loc. cit.*

(7) *Loc. cit.*

esse apud *Firmum Balneatorem* potuerunt tintinnabula, eademque plura etiam generico ipso aeris vocabulo intelligi, et significari a Poeta voluerunt.

9. Etsi ad percellendas hominum longe quoque absentium aures multiplici opus caeteroquin non erat tintinnabulo, dummodo illud huic usui destinatum satis esset amplum, cujusmodi, vel (1) majoris additamento, vel (2) campanae appellatione, ut a minori, seu parvo idem distinguerent, innuunt eruditi; qui tamen, ut sibi constent, ac ne improbabilia, quin et absurda sensisse, atque asseruisse putentur, nonnisi majus intelligere voluisse censendi sunt, tum cum in eo designando iidem unico, et ge-

(1) Tintinnabulum thermarum *majus* nuncuparunt Magius *loc. cit. p.* 28., et Rocca *loc. cit.*, qui tamen postremus *majoris Campanae* quoque adhibet vocabula.

(2) Ita huiusmodi tintinnabulum appellarunt Hadrianus Junius *loc. cit.*, Rosinius *loc. cit.*, Farnabius, et Vincentius Collesso in *Notis ad Martialem locis cit.*, Rocca *loc. cit.*, et Antonius Maria Lupius in sua Epistolari Dissertat. *Intorno ai Battisteri antichi* §. 93. *Opp. To.* 1. *p.* 42. *Edit. Faventinae an* 1785.

nerico tintinnabuli (1) utuntur nomine.

10. Ne quis autem inde colligat, ipsis distinguendis, et indicandis horis antiquitus tintinnabula, cujusmodi nonnulli, ut innuit Magius (2), ac Joannes Argolius (3) insuper, Rocca (4), et Pacichellius (5) senserunt, prospexisse. Hic nanque usus plane fuit veteribus Ethnicis incognitus, quorum aetate horae in sole duntaxat, ac umbra distingui, et indicari consueverunt. Nullum siquidem est monumentum, quod hac in re tintinnabulorum perhibeat usum, atque veteres omnes scriptores, ac ii praesertim, qui de primis, et pervetustis Ethnicorum, de solariis nimi-

(1) Hi sunt Raderus, et Domitius Calderinius in *Comment. ad Mart. locis cit.*, itemque Mercurialis *l.* 1. *cap.* 10. *p.* 50., nec non Ursinus, Casalius, Joseph Laurentius Lucensis, Chifletius, et Auctores *Encyclopediae Methodicae Parisiensis loc. cit.*

(2) *In Libro de Tintinnabulis C.* 6. *p.* 34.

(3) *In Not. ad Onuphr. Panvinium de Ludis Circensibus Nota* 57. *ad l.* 1. *C.* 17. *apud Graevium To. IX. Thesauri Antiquit. Romanar. in calce Coll.* 207. *et* 208.

(4) *In Commentario de Campanis C.* 1. *Opp. To.* 1. *pp.* 156. *et* 157.

(5) *In Lucubratione de Tintinnabulo Nolano C.* 5. *pag.* 155.

rum, egerunt horologiis, quales prae aliis sunt Plinius (1), et Vitruvius (2), ejusdem ne minima quidem ex parte meminerunt. Hi enim, perinde ac de illis aliis, de sonoris quoque, si eadem apud antiquos revera extitissent, aliquid nobis prodidissent horologiis. Quod sane invictissimum argumentum tanti apud ipsum Magium valuit, ut eiusdem (3) vi

(1) *Nat. Hist.* tum *l.* 2. *C.* 78. alias 76. *p.* 229. *To.* 1., ubi tradit, Anaximenem Milesium Anaximandri discipulum umbrarum rationem, et gnomonicen invenisse, primumque Lacaedemone ostendisse horologium, quod *Sciothericon* appellant; tum *l.* 7. *C.* 60. *To.* 2. *pp.* 108. *et* 109., ubi loquitur de Papirio Cursore, qui solarium horologium primus Romam invexit, ac de Scipione Nasica, qui „ pariter primus aqua divisit „ horas aeque noctium, ac dierum: Idque horologium „ sub tecto dicavit anno Urbis DXCV. „ tum *l.* 36. *C.* 15. *alias* 10. *To.* 5. *pp.* 297. *et seqq.*, ubi recenset solarium horologium ab Augusto additum Obelisco, qui erat in Campo Martio; tum *l.* 37. *C.* 6. *alias* 2e *ibid. p.* 360., ubi meminit horologii Romae olim existentis in fastigio Musei.

(2) *Architecturae l.* 9. *C.* 8., quod est *De horologiorum rationibus, et umbris gnomonum aequinoctiali tempore Romae et nonnullis aliis locis*, et *C.* 9. quod est *De horologiorum ratione et usu, atque eorum inventoribus, et quibus inventoribus pp.* 302. *et plur. seqq. Ed. Venet. an.* 1567.

(3) *Loc. cit. pp.* 34. *et* 35., ubi haec habet „ Ad„ monent me superiora, ut Luciani locum antea

a contrario, quem antehac tenuerat, desciverit sensu. Quanquam sibimetipsi parum constans, et palinodiam canens (1) ad veterem tandem redierit errorem. Qua de re merito eum reprehendit Joh. Fridericus Reitzius (2).

„ obscurissimum apertum, perspicuumque reddam. Existimant nonnulli apud antiquos, diei, noctisque horas tintinnabuli majoris sono distingui, et significari consuevisse, ea solum auctoritate innixi, quod Lucianus litteris prodiderit, *horas per aquam, et sonitum sua aetate demonstratas*, in quorum ego aliquando sententiam pedibus discessi. Verum postea factum est, ut aliud sentirem, quod esset absque dubio probabilius. Primum enim cepi mecum addubitare, quod Plinius, qui res huiusmodi multas exequitur, et Vitruvius, descriptis antiquorum solariis, idest horologiis, quae in sole, umbra horas (quod etiam hodie fieri videmus) distinguebant, ac transeuntibus demonstrabant, nihil omnino de sonoro horologio loquantur, nullaque ejusmodi arte non vulgari instrumenti fabrefacti mentio apud antiquos scriptores reperiatur „.

(1) *Loc. cit. pagg.* 35. 36. *et* 37.,: ubi quoddam depingit, ac describit horologium, quod per aquam et sonitum horas referret, quo peracto, sic concludit. „ Jam „ vides Luciani horologium clepsydra et tintinnabulo constans „.

(2) In Notis ad Lucianum ad ea verba ὁ κώδων ἤχησε &c. *p.* 690. *To.* 1. *Edit. Amstaeled. an.* 1743. „ Magius (inquit) de tintinnabulis C. 6. comminiscitur, ac delineat horologium Lucianeum, quod aquae effluxu sonitum tintinnabuli suspensi excita-

11. Is quidem sonorum quoddam (1) memorat, et recenset horologium, quod per aquam et sonitum horas referret, nimirum „ clepsydra, et tintinnabulo constans „ ac idem ex veteri se hausisse (2) adjicit libro. Cujus tamen cum aetatem reticeat, et auctorem, eum propterea illi, qui modo in controversiam adducitur, usui confirmando penitus ineptum esse, apertissime ars critica clamat.

12. Praeterea „ fuisse horologium „ (ait Argolius (3)) in templo Isidis „ Aegyptiae ad Campum Martium, no„ tat Raderus ex verbis Magii apte de„ ductis; sed hoc ex tintinnabulo: al„ terum ad aedem D. Laurentii in Lu-

„ ret ad certam horam; sed vanum hoc esse quilibet „ videt „.

(1) *Ibidem pagg.* 36. *et* 37.

(2) „ Mox accidit, (ait *ibidem pag.* 35. Magius) „ ut Joannes Nicolaus Justus, affinis meus, ac vir do„ ctus, libri veteris mihi copiam faceret, in quo, „ praeter alia multa instrumenta horologium, quod per „ aquam, et sonitum constaret, Luciani horolo„ gio non absimile graphice delineatum: cuius for„ mam utcunque hic apponendam esse duxi, ut quisque „ Luciani locum nullo negotio cognoscat „.

(3) *Ibidem*.

„ cina fuisse narrat Plinius, ubi de Obe-
„ liscis agit, et Pomponius Laetus. *Ubi*
„ *est domus nova facta*, inquit, quae
„ est Cappellanorum cujusdam Cappellae
„ S. Laurentii in Lucina, ibi fuit basis
„ horologii nominatissimi. Aliud quo-
„ que horologium ibi effossum cum li-
„ neis deauratis idem testatur; quod
„ et Marlianus repetit, atque illud fuis-
„ se ipsum, de quo agit Plinius, non
„ dubito: sed post Plinium ab aliquo
„ Principe instauratum fuit, et aliud
„ praeterea repertum in Campo Martio,
„ cujus pag. CXXXV. Gruterus in Mo-
„ numentis orbis meminit. Ex quibus
„ colligitur ad honorem Isidis, ac Ae-
„ gyptiorum Numinum directa in Cam-
„ po Martio fuisse horologia. De horo-
„ logio ejusdem Isidis Martialem ibi
„ intelligo.

„ *Nuntiat octavam Phariae sua*
„ *turba Juvencae*.

„ ut mos fuerit sacrificulis Isidis ad Ma-
„ gii sensum horas singulas tintinnabu-
„ lo divisisse „.

13. Raderus autem ne ulla quidem ex parte illius, quod confingitur, me-

minit horologii. Quippe qui (1) nonnisi ejus Isiaci Sacerdotis iniicit mentionem, qui Deae Syriae Sacerdotes imitatus tintinnabuli utebatur sono non quidem „ ut mos fuerit „ sacrificulis Isidis (quemadmodum inquit Argolius (2)) „ ad Magii sensum horas singulas tin- „ tinnabulo divisisse „ sed ut sive, quemadmodum ex Luciano idem ait Magius (3) „ verbis tinnitus sociaretur „ sive ut perinde ac nonnullos arbitratos esse is (4) testatur ad sibimetipsis elargiendam stipem ita invitarent, et allicerent populum. Quae cum de iisdem disserens duntaxat memoret Magius (5), nihil aliud praeterea inde colligere poterat Raderus, qui (6) revera nonnisi ex Magii verbis, quod idem ipse fatetur Argolius (7), assertum colligit usum; ac paulo ante (8) solum innuit, veteres Romanos corpora sua exercere, ac

(1) „ Habebat (inquit in *plenis Commentar. ad Martialem ad Epigramma* 44. *alias* 48. *libri X. ad ea verba versus* 1. *Nunciat octavam p.* 714.) „ Isidis mysta tintinnabulum „.

(2) *Ibidem*. (3) *C.* 7. *p.* 38.

(4) *Ibidem*. (5) *Ibidem*.

(6) *Ibidem*, ubi post verba, quae *Adnot.* 1. exscripsimus, integrum affert memoratum Magii locum.

(7) *Ibidem*. (8) Nota *praecedenti ibid.*

lavare consuevisse hora 8. pomeridiana, qua absolvebatur Deae Isidis Romae venerari solitae cultus sacris ex Aegypto petitis.

14. Horologium vero, cujus meminit Plinius (1), indeque Pomponius Laetus (2), veluti ex ipsa ejus, quam idem subjicit Plinius (3), clare, aperteque patet recensione, a solario non differt horologio, nullo plane ibidem adjecto tintinnabulo. „ Ei (nempe Obelisco, „ quem soli propterea ( ) dedicavit), „ qui est in Campo (Martio) (ait Pli„ nius) Divus Augustus addidit mirabi„ lem usum ad deprehendendas solis

(1) *Nat. Hist. l.* 36. *sect.* 15. *C.* 10. *To.* 5. *pp.* 297. 298. *et* 299.

(2) In Opere *De vetustate Urbis Romae art. Campus Martius Ed. Rom. ann.* 1515.

(3) *Ibidem*.

(4) Id evidenter ostendit ipsa inscriptio insculpta hujus obelisci basi, quae detecta est sub Iulio II. Pontifice, ac prae aliis refertur a Marliano in *Urbis Romae Topographia l.* 5. *C.* 6. *p.* 97. *Ed. Rom. ann.* 1544., *nimirum*.

CAESAR . DIVI . I. F.
AUGUSTUS
PONTIFEX · MAXIMUS.
IMP. XII. COS. XI. TRIB. POT. XIV.
AEGYPTO . IN POTESTATEM.
POPULI . ROMANI . REDACTA.
SOLI . DONUM . DEDIT.

„ umbras, dierumque, ac noctium ita
„ magnitudines, strato lapide ad magni-
„ tudinem obelisci, cui par fieret umbra,
„ brumae confectae die, sexta hora,
„ paulatimque per regulas, (quae sunt
„ ex aere inclusae) singulis diebus de-
„ cresceret, ac rursus augesceret: di-
„ gna cognitu res, et ingenio fecundo
„ Mathematici. Apici auratam pilam
„ addidit, cujus umbra vertice colli-
„ geretur in se ipsa, alias enormiter
„ jaculante apice, ratione, (ut ferunt)
„ a capite hominis intellecta. Haec ob-
„ servatio triginta jam fere annis non
„ congruit, solis ipsius dissono cursu,
„ et caeli aliqua ratione mutato, sive
„ universa tellure aliquid a centro suo
„ dimota, ut deprehendi, et in aliis lo-
„ cis accipio: sive urbis tremoribus,
„ ibi tantum gnomone intorto, sive
„ inundationibus Tiberis sedimento mo-
„ lis facta: quanquam ad altitudinem
„ impositi oneris in terram quoque di-
„ cantur acta fundamenta „. Hactenus
Plinius, ex quo porro nemo, nisi bar-
dus sonorum inferet horologium, cujus
ne verbum quidem ipse fecit Harduinus

in ea, quam (1) subjecit, magis accurata eiusdem descriptione.

15. Pomponius Laetus (2) profecto id neque asserit, neque inficiatur. Is autem quantumvis fingeretur Plinio adversus, ejusdem tamen auctoritas cum illa Plinii comparata in veteri quadam perhibenda historia nihili plane ducenda esset. Ne quid tamen in re clarissima, quod sit observatione dignum, praetereatur, a Pomponio quidem, ut emendata ejus fert editio (3), non memoratur jam „ basis horologii nominatissimi „ ut comminiscitur Argolius (4), sed dumtaxat „ basis nominatissima „. Eo quidem in loco, de quo loquitur Pomponius, repertum fuit illud, quod in discrimen adducitur, horologium. Quippe quod idem ab eo recensetur articulo, qui statim sequitur. Hoc certe si esset, utpote quod solarium, non sonorum est horologium ab eo descri-

(1) *Nota 8. ad loc. cit. Plinii ad verb. Decresceret ibid. p.* 298., ubi formam, et singulas huius, de quo hic agit, Plinius, horologii accurate recenset partes.

(2) *Loc. cit.*

(3) Editio, quam nos adhibuimus, est ea emendata per *Marium De Blanchellis Praenestinum*, et a nobis recensita *p.*280. *Adnot.* 2.

(4) *Loc. cit.*

ptum, nobis faveret Pomponius, et Argolio, ut patet, adversaretur. Sed quoniam cum horologio nihil commune habet basis seorsim accepta, utrum ea illud quoque intelligere voluerit Pomponius, eodem tacente, coniicere satis non licet. Id, inquam, ut ab initio innuebam, nostra non interest, sed nec ea, quibus idem non utitur, verba erant ab Argolio incaute forsitan decepto confingenda.

16. Quamobrem nec aliter de illo alio, quod tertio loco ab Argolio (1) subiicitur, sentiendum est horologio, tum quia is non dubitet, idem „ illud fuisse „ ipsum, de quo agit Plinius „ tum quia ipsa ejus descriptio a Pomponio Laeto (2) non solum, sed et ab Argolio (3) facta nonnisi solare plane referat

(1) *Ibidem*.

(2) *Loc. cit. in art.*, qui sequitur eum à nobis *p.* 280. *Adnot.* 2. citatum, et inscribitur *Horologium*, ità idem recenset „ In Campo Martio (ait) ubi est Epitaphium „ Capellanorum, ibi fuit effossum horologium, quod „ habebat septem gradus circum: et lineas distinctas „ metallo inaurato, et solum campi erat ex lapide „ amplo quadrato: et habebat lineas easdem: et in „ angulis quatuor venti ex opere musivo cum inscri- „ ptione „ *Vt Boreas spirat* „. (3) *Ibidem*.

horologium. Etenim praeterquamquod et septem gradibus idem undique circumdatum, et ventos in quatuor ejus angulis opere musivo expressos fuisse narrat Pomponius (1), quem sequitur, fere ipsis ejus verbis exscriptis, Marlianus (2), quod monet etiam Argolius (3), lineas quasdam deauratas eidem insitas tum is, tum caeteri memorant, quae, ut primo quoque patet intuitu, nonnisi solario conveniunt horologio.

17. Illud tandem, cujus meminit Gruterus (4), nonnisi merum est quoddam solarii horologii, ut in ipso eius titulo is (5) monet, fragmentum. Idem

(1) *Ibidem*.

(2) Ipsis Plinii allatis verbis, quae leguntur §.XIV., et recensita inscriptione, quae habetur *p.* 280.*Adnot.*4. ita subiicit *loc. cit.* Marlianus. „ Ibidem autem (ait) „ effossum fuit horologium cum lineis, et gradibus „ auratis, in singulis vero quatuor imagines vento- „ rum ex opere vermiculato visebantur cum inscriptio- „ ne hac, UT BOREAS SPIRAT „. (3) *Ibidem*.

(4) In Opere, cui titulus *Inscriptiones antiquae totius Orbis Romani in corpus absolutissimum redactae*. *Ex Officina Commeliniana* 1602. *pag. CXXXV*.

(5) *Cit. pag. CXXX. num.* 3. titulus monumenti est sequens, *Romae horologii solaris, aut alterius instrumenti Astrologici fragmentum in Mausolaeo Augusto in Campo Martio*.

nanque ovali configuratione in laterali dexterae partis extremitate praeditum sex lineas fere ab eius centro ad alteram extremitatem pro indicandis horis ductas, nec non ipsa ventorum interius undique prsesefert nomina (1).

18. Hinc quidem colligi contendit Argolius (2) „ ad honorem Isidis, ac „ Aegyptiorum Numinum directa in „ Campo Martio fuisse horologia„. Quod porro licet satis non constare videatur; dum in iis commemorandis neque id ipse innuat Martialis (3) ab eo allatus (4), nihil tamen in praesenti refert hujus rei tanquam ab instituto nostro alienae veritatem, aut falsitatem ulterius inquirere. Sed utrum inde illud praeterea inferri valeat, sicut idem infert Argolius (5) „ *ut mos* fuerit sacrificulis Isi- „ dis ad Magii sensum (quem tamen id nec sensisse, nec asseruisse nuper innuimus (6)) „ horas singulas tintin-

(1) Plane inspicienda est ipsa monumenti imago a Grutero *ibidem* delineata. (2) *Ibsdem*.
(3) *Epigramm. lib.* 10. *Epigr.* 48.
(4) *Ibidem*. (5) *Ibidem*. (6) §. 13.

„ nabulo divisisse „ videat alius quisque magis sapit, ego certe non video; idque ut ad nostram hanc maxime pertinens disquisitionem falsum penitus esse hactenus ostendi.

19. At enim litteris prodidisse Lucianum a nonnullis, ut refert Magius (1), (qui tamen sibimetipsi apertissime repugnans, quemadmodum nos paullo superius (2) innuimus, in hunc eumdem eorum a se (3) principio adscitum recidit errorem, postquam inde (4), re maturius perpensa, defecerat,) iisdemque a Rocca (5), et Pacichellio (6) sequutis

(1) *Cit. C.* 6., *ac pp.* 34. *et* 35., cuius verba nos attulimus *pp.* 275. *et* 276. *Adnot.* 3.

(2) §. 10. *p.* 276. (3) *Ibidem*. (4) *Ibidem*.

(5) „ Quod autem (ait *loc. cit.*) ante Christi „ Domini Salvatoris nostri adventum in carne usus „ Campanarum fuerit, Scriptores diversi planum pro- „ fecto faciunt, quorum è numero est Lucianus Sa- „ mosatenus, qui vixit circa annum Domini cente- „ simum. Is enim, dum Hippiae balneum describit, „ et miris laudibus commendat, de duobus horolo- „ giis dictum balneum exornantibus, uno per solem, „ altero per aquam et sonitum mentionem facit in hanc „ verborum formam: *Quin etiam horarum geminis indi-* „ *ciis idem balneum exornavit: uno per aquam et* „ *sonitum, altero per solem* „.

(6) „ Lucianus vero Samosatensis (ait *loc. cit.*)

existimatur, fuisse (1) „ horas per aquam, „ et sonitum sua aetate demonstratas „. Quanti tamen, veteribus omnibus tum monumentis, tum scriptoribus silentibus, in re perhibenda, quae solo eorum definiri debet, atque valet testimonio, solius Luciani, qui longe post, saeculo nimirum ab incarnatione Domini primo vixit, ducenda sit auctoritas, cuilibet ad artis Critices regulas leviter etiam informato sponte sua clare, aperteque patet.

20. Quanquam ab ea, quae in praesentem vocatur controversiam, Ethnicorum consuetudine, horarum nimirum dtstinctionem tintinnabulorum sono indicandi, asserenda Lucianum abesse quam qui maxime, ipsa ejus primo etiam intuitu pandunt verba. Is enim duo illa recensens horologia, quae Hippiae bal-

„ qui circa annum Domini centesimum vixit, Hippiae „ balnei meminit, duplici horologio commendans or- „ namentum, uno per aquam et sonitum quemdam. „ quod *Hydrologium* nuncupat, altero per so- „ lem „.

(1) Ita legitur apud Magium *loc. cit. pag.* 54., illos existimasse.

neo inerant, eadem esse subiicit (1) „ Horarum gemina indicia, alterum per „ aquam, et mugitum, alterum per solem exhibens „. Nec aliter profecto interpretaudus erat Lucianus. Verbum namque *μύκημα*, utpote quod ducitur à *μυκάω*, nimirum vel *mugio*, vel *boo*, Latine redditur vel *mugitus*, vel *boatus* aquei murmuris potius, quam aenei tinnitus proprius. Vehementissimus itaque hinc ultro citroque apparet omnium eorum error, qui (2) vocabulo illo *sonitum* intelligunt, et vertunt.

21. Sonitum quidem etiam eo verbo innui posse observat Joannes Fridericus Reitzius, sed alium plane ac illum tintinnabulorum. Etenim ingeniosa prodita, quam tamen, ut ingenue fatetur, a Pancirollo desumpsit, hujus sonori murmuris explicatione, ita subiicit „ Sonitum „ etiam (inquit (3)) excitatum fuisse a

(1) *In Hippia seu Balneo n. 35. Opp. To. 3. p. 74.* „ Ὡρῶν δὲ διττὰς (ait) δηλώσεις, τὴν μὲν δι' ὕδατος, καὶ μυκήματος: τὴν δὲ δι' ἡλίου ἐπιδεικνύμενον „.

(2) De his loquitur Reitzius §. 20., ibique in *Notis*.

(3) In Not. ad cit. Luciani locum ad ea verba δι' ὕδατος, καὶ μυκήματος *loc. et p. citatis*.

„ calculo singulis horis in pelvim deci„ dente, cum Pancirollo tit. X. *de Ho*„ *rologiis* probabile credo „. Sic enim loquitur Pancirollus „ Loco autem cal„ culi (ait (1)), qui singulis horis in „ pelvim decidebat, adinventus est mal„ leus, quo percussa campana, hora„ rum numerum designat „. Facile igitur intelligi valet ratio, qua hujusmodi aquea horologia sonitum aliquem, seu sonorum quoddam emitterent murmur, de qua plane consulendi sunt Peraltius (2), Casaubonus (3), Philipp.Carol. (4), Salmasius (5), Julius Caesar Scaliger (6), Johannes Spondanus (7) et Nicolaus Pinellius (8).

(1) *Rerum memorabilium l.* 2. *tit.* 10. *de Horologiis pp.* 167. *et* 168. *cit. Ed. an.* 1660.

(2) *In Vitruvio Gallico.*

(3) *Animadvers. in Athenaeum lib.* 4. *cap.* 17. *Opp. Athen. vol.* 2. *p.* 294. *Edit. Lugdun. an.* 1621.

(4) *Animadv.* 2. *in A. Gell.* 111. *C.* 3.

(5) *Ad Solinum a pag.* 447. *ad* 458. *atque alibi.*

(6) *Poemat. p.* 522. *Ed. Commel. an.* 1621.

(7) *In Comment. in Homeri Iliad. l. II. p.* 200.

(8) *In Additamentis To.* 9. *Thesauri Graevii insertis Coll.* 514. *et* 515. *Ed. Ven. an.* 1735.

T

CAPUT VI.

De usu tintinnabulorum pro Piscium, aliarumque rerum venditione indicenda.

1. Majoris tintinnabuli sonitu veteres Ethnici cogere consueverunt homines non modo ad thermas; sed etiam ad forum piscatorium seu piscarium, ut pisces emerent, vel etiam ut piscatores ad pisces eo asportandos invitarentur. „ Qui subinde in foro piscatorio versantur (ait „ Plutarchus (1) eos „obsonivoros et ob- „ soniorum cupidos„ idcirco appellans „ „ quia cum multa sint obsonia, piscis ta- „ men obtinuit, ut vel solus, vel prae-

(1) *L.* 4. *Symposiacon quaest.* 4. *p.* 668. *To.* 2. *Ed. Paris. an.* 1624. „ Ὥς γὰρ πολλῶν ὄντων ποιητῶν (inquit) ἕνα τὸν κράτιστον ἐξαιρέτως ποιητὴν καλοῦμεν, οὕτως πολλῶν τῶν ὄψων ἐκνενίκησεν ὁ ἰχθὺς μόνον ἢ μάλιστά γε ὄψον καλεῖσθαι, διὰ τὸ πολὺ πάντων ἀρετῇ κρατεῖν. Καὶ γὰρ ὀψοφάγους, καὶ φιλόψους λέγομεν, οὐχὶ τοῖς βοείοις χαίροντας, ὥσπερ Ἡρακλῆς ὃς τοῖς κρέασι χλωρὰ σῦκα ἔχων ἤσθιεν οὐδὲ τὸν φιλόσυκον, οἷος ἦν Πλάτων, οὐ φιλόβοτρυν, οἷος Ἀρκεσίλαος· ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας ἑκάστοτε, καὶ τοῦ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας „.

„ cipue obsonium vocaretur: quoniam „ virtute reliquis omnibus longe ante- „ cellit) et tintinnabulum celeriter ex- „ audiunt „ . Hieronymus autem Mercurialis dum Latine reddidit eadem Plutarchi verba, ita (1) loquitur. „ Pisces „ tintinnabuli sonitu vendi solitum non „ tantum apud Aristophanem, et Demo- „ sthenem, sed etiam apud Plutarchum „ auctorem gravissimum observari, qui „ in quarto Symposiac. prob. quarto „ hunc sermonem a nobis Latinae lin- „ guae donatum habet „ . Atque alibi (2), verbis item Plutarchi adductis, haec subiicit. „ Quo ex loco tintinnabulum „ a Piscium venditoribus usurpatum, ut „ emptores a longe invitarentur, etiam „ colligo „ . Quod si hoc sonitu ii etiam, qui procul aberant, vocandi erant, non quodlibet tintinnabulum, sed majus esse illud debuit. Et revera, ut idem observat, et ait Mercurialis (3) „ Quin et illos,

(1) In Opere *de Potionibus et Aeduliis antiquorum apud Gronovium in Thesauro Antiquit. Graec. To. 9. Coll.* 476. *et* 477.

(2) *Var. Lect. L.* 1. *C.* 25.

(3) *Utrobique ibidem*.

„ qui magnis vocibus valerent, iis saepe
„ pro tintinnabulis usos credo. Unde Ju-
„ venalis Satyra III.

„ Jam princeps equitum, magna qui
„ voce solebat
„ Vendere municipes fracta de merce
„ siluros „.

Quare si loco tintinnabnli magnis vocibus opus erat, tintinnabulum illud cum adhibebatur, grandius esse debuit, ac uni ex nostris campanis aequipollere. Minoris etenim tintinnabuli sonitum satis refert quaelibet etiam mediocris hominum vox.

2. Sed Josephus Laurentius Lucensis (1) ex iis Plutarchi verbis concludit, veteres in foro illo tintinnabulum adhibuisse pro piscatoribus cogendis. Nam, eo Plutarchi testimonio adducto, illico subiicit „ Ex quo percipio olim tintinna-
„ bulum fuisse in foro piscario ad ho-
„ ram praescribendam piscatoribus „.
Quod certe verosimiliter etiam ex allato Plutarchi loco coniici posse puto. Nam

(1) In Opere *De prandio, et coena veterum apud eumdem Gronovium Thesauri To. 9. Col.* 308.

non modo emptores, sed etiam venditores, idque facilius ad vendendum tintinnabuli sono potuisse convocari evidenter patet.

3. Hi autem, qui prima quidem fronte mutuo dissidere videntur, mutuo sane minime dissident. Quoniam diversas, easque seorsim acceptas duntaxat hominum species tintinnabulorum sono, et indicio cogendas ab eorum alterutro seorsim innui voluisse arbitror. Quippe quae Atheniensibus, caeterisque Graecis ac Jassiis etiam tintinnabulatum pro emptoribus, tum pro venditoribus et piscatoribus cogendis in usu fuisse scimus. Nam patet ad eorum sonitum in forum piscarium omnes statim locorum incolas accurrisse, qui profecto et emptores, et venditores, et piscatores etiam erant. Id enim apertissime constat tum ex allatis scriptoribus, tum ex auctoritate Strabonis (1), qui eadem occa-

(1) *Rerum Geographicarum l. 14. p. 658. Vet. Ed., et pp. 972. et 973. To. 2. recentioris Ed, Amstelaedam. an.* 1707. „ Εἰτ' Ἰασσὸς ἐπὶ νήσῳ κεῖται (inquit) προκειμένη τῇ ἠπείρῳ· ἔχει δὲ λιμένα, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου τοῖς ἐνθάδε ἐκ τῆς θαλάττης. Εὐοψεῖ γάρ, χώραν τ' ἔχει παράλυπρον· καὶ δὴ καὶ διηγήματα τοιαῦτα πλάττουσιν εἰς αὐτήν. Κιθαρῳδοῦ γὰρ ἐπιδεικνυμένου,

sione rem satis jucundam evenisse narrat ininsula Jasso de quodam citaroedo, et surdo, dum tintinnabulum homines ad forum cogeret. „ Cum Citha-„ roedus quidam (ait Strabo) artem

τέως μὲν ἀκροᾶσθαι πάντας, ὡς δ' ὁ κώδων, ὁ κατὰ τὴν ὀψοπωλίαν ἐψόφησε, καταλιπόντας ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸ ὄψον, πλὴν ἑνὸς δυσκώφου· τὸν οὖν κιθαρῳδὸν προσιόντα εἰπεῖν, ὅτι ὦ ἄνθρωπε πολλήν σοι χάριν οἶδα τῆς πρὸς ἐμὲ τιμῆς, ϗ φιλομουσίας· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἅμα τοῦ κώδωνος ἀκοῦσαι, ἀπιόντες οἴχονται· ὁ δέ. Τί λέγεις; ἔφη, ἤδη γὰρ ὁ κώδων ἐψόφηκεν; εἰπόντος δέ, Ναὶ· εὖ σοι εἴη, ἔφη· ϗ ἀναστὰς, ἀπῆλθε ϗ αὐτὸς „ Nimirum „ Sequitur Iassus (sic se habet versio Isaaci Casauboni; nam ea, quam superius attuli, est ea, quam adhibet Angelus Rocca pag. 157. To. 1., quae certe mihi elegantior visa est. Verum, quoniam Casauboni versione utor in vertendis caeteris Strabonis locis à me in hoc Opere adhibitis, ideo ipsam hoc etiam in loco afferendam duxi) „ in insula aute „ continentem sita; portum habet, et victum inco-„ lae fere è mari quaerunt. Nam locus piscibus abun-„ dat, et agrum habent sterilem. Quin et talem de „ Iassiis confingunt narrationem. Cum Citharoedus „ quidam artem suam publice ostentaret, tantisper „ ab omnibus fuisse auditum, dum tintinnabulum si-„ gnum venditionis piscium daret: eo audito, univer-„ sos ad piscium negociationem discessisse, uno ex-„ cepto, qui erat surdaster majorem in modum. „ Ad hunc accessisse citharoedum, maximasque egisse „ gratias: qui tanto ipsum honore affecisset, tanto-„ que studio musicae faveret: cum reliqui ad primum „ sonitum tintinnabuli discessissent. Quid? Illum res-„ pondisse: jam ne signum datum est? cumque id „ affirmaret Citharoedus: Tu ergo valeto dixisse, „ ipsumque etiam surrexisse, et abiisse „.

,, ostentaret, audirentque eum Jassii omnes; quumprimum tintinnabulum increpuit, vendendorum piscium signum; illi omnes, relicto citharoedo, ad pisces delapsi sunt praeter unum surdastrum. Citharoedus itaque propius ad illum accedens, o' homo, inquit, gratias tibi ingentes habeo, cum propter musicae studium, tum propter honorem erga me. Nam caeteri, quum primum tintinnabulum increpuit, omnes abierunt. Ille autem, quid ais, inquit, num jam tintinnabulum increpuit? Qui cum affirmaret; at tibi bene sit, inquit, et surgens ipse etiam digressus est,,. ,,Credere autem par est, (veluti subiicit Magius (1)) tintinnabulum illud Jassicum et magnum fuisse, et edito loco suspensum, ut ab omnibus civibus illius posset sonitus audiri ,,.

4. Coelius Rhodiginus (2) vero, Joannes Langius (3), Hieronymus Mercurialis (4), ac prae aliis Isaacus Casaubo-

(1) *In libro de tintinnabulis C. 3.*

(2) *Antiquar. Lection. l. 19, C. 10.*

(3) *In Medicinalibus Epistolis.*

(4 *Var. Lect. lib. 1. C. 25.*

nus (1) et Franciscus Sweertius (2) ajunt, eumdem Strabonem auctorem nobis esse apud Indos fuisse aediles, qui fructus maturos, signo dato, vendi curarent. Hos autem vehementer errasse nobis pandit ipsum Strabonis testimonium, in quo, illo eodem signo ne minima ex parte memorato, alia prorsus, ac ea, quae illi nobis confinxerunt, ipse tradidit. „ Quar-
„ ti circa cauponas (ait Strabo (3)), et
„ commercia versantur. Hi mensurarum,
„ frugumque curam habent, ut consigna-
„ ta vendantur, neque sinant eumdem
„ plura commutare, nisi duplex vectigal
„ persolvat „. Quae certe nemo, nisi bardus cum illo conficto signo quidquam commune habere dicet.

5. Sed tintinnabulo tanquam signo, et indicio veteres olim Romanos uti

(1) *In Comm. et Not. ad l. 14. Strabonis.*

(2) *In Notis ad Magium ad C. 3. ad p. 31. ad ea verba Ex Strabone p. 86.*

(3) *Loc. cit. lib. 15. p. 208. Vet. Ed. p. 1034. To. 2. novae Ed. Amstaelodam.* „ Τέταρτοι (ait) οἱ περὶ τὰς καπηλείας, ϗ μεταβολὰς· οἷς μέτρων μελει, ϗ τῶν ὡραίων ὅπως ἀπὸ συσσήμȣ πωλοῖντο. Οὐκ ἔστι δὲ πλείω τον αὐτὸν μεταβάλλεσθαι, πλὴν εἰ διττȣ̀ς ὑποτελοῖη φόρȣς „.

solitos fuisse, peribet Lucilius.

„ Tintinnabulum abest hinc (ait, (1))

„ sirpiculaeque olerorum „.

Quod certe testimonium licet perperam intellexerint Franciscus Dousa, aliique, tamen verum tintinnabulorum genus, non vehicula eo in loco Lucilium significasse satis luculenter nos alibi (2) ostendimus. „ Erat ea consuetudo veterum (apposite hic subdit Joannes Schefferus (3)), „ ut res „ venales indicarent, pulsato, commotove „ tintinnabulo. Ita solebant Graeci, cum „ vendendi pisces essent, quod ex Strabone, aliisque adnotarunt viri docti. „ Hoc modo Romae etiam existimo vendidisse olera. Habebat vehiculum, seu „ plaustrum appensam campanulam, cu„ jus sono admonerentur, si qui vellent „ emere, adesse venalia. Et hoc credo „ intelligere Lucilium „. Quae deinde iisdem fere verbis ex Scheffero descripsit Pitiscus (4). Quibus etiam concinunt

(1) *Satyrar. l. 15. n. 14.* (2) *Cap. 7. §§. 10. et 11.*

(3) *De re vehiculari C. 33. apud Polenum To. 5. Supplem. ad Thesaur. Graevii p.* 1497.

(4) *In Lexicon Antiquit. Romanar. To. 3. Art. Tintinnabulum p.* 606.

Popm. (1), Vales. (2), et Maussac. (3). Quamobrem eadem de re, ut scilicet tintinnabuli sonitu omnes, qui emere vellent, admonerentur, ipsis etiam venalibus rebus sine curru asportari solitis, vel bestiis eas ferentibus per urbem appendi tintinnabula consuevisse non inepte coniicit Bonannus (4). Quod et alibi, ubi ea plaustris vendentium adjungendi convaluerat usus, eodem analogiae argumento ductus ego fieri etiam potuisse puto.

6. Sed et hunc morem aetate quoque sua in Belgio, Argentorati, et Antuerpiae servatum fuisse tum pro publicis venditionibus indicendis, tum etiam pro nonnullis asportandis rebus, et vehiculis perhibent Joannes Schefferus Argentoratensis (5), et Franciscus Sweertius Antuerpiensis (6). „ Manet ea ratio (ait Schef-„ ferus (7)) hodie alicubi per Belgium, „ aliasque regiones, cum venale quid

(1) *De Instrum. fundi C,* 14. (2) *In Notis.*
(3) *In LexIc. Harpocrat.*
(4) *In Museo Kircheriano Classe* 5. *pp.* 178. *et* 179.
(5) *Loc. cit.* (6) *Loc. cit.* (7) *Ibidem.*

„ proponitur, et Argentorati mea in pa-
„ tria molitorum plaustris appenduntur
„ tintinnabula, quo praetervehentes pos-
„ sint audiri, et frumentum ipsis offerri
„ ad pistrinum, molamve farinariam
„ deportandum. Idem observatur in eo
„ genere vehiculorum, quo purgamen-
„ ta platearum exportant, quod propte-
„ rea *die Klingerkarch-i. e.. currus*
„ *tinnientes* vocant „. „ Adhuc hodie An-
„ tuerpiae (ait Franciscus Sweertius (1) ini-
tio scilicet saeculi XVII.) „ est in usu
„ venditiones tintinnabuli signo indica-
„ re plateatim „. Idem servatur quoque
nostris hisce temporibus Florentiae, tum
cum publicarum rerum venditio singulis
hebdomadibus fieri debet. Quae certe
probant a veterum moribus, et consu-
etudinibus plura in recentiores deri-
vasse.

7. Tintinnabulum vehem fuisse
stercui evehendo inservientem „ inde for-
„ tassis, quod tintinnabula appenderen-
„ tur, ut audiretur vehiculum appropin-
„ quare, quo quisque omnis generis sor-

(1) *Ibidem*.

„ des possit imponere „ autumat Ludovicus De la Cerda (1) perspicuae Lucilii interpretationi, et communi caeterorum omnium virorum eruditorum sensui adversatus. Lutetiae sua aetate anno scilicet 1693. narrat Pacichellius (2) „ cur-
„ ribus ad purgandas vias quotidie decre-
„ tis ea (nempe tintinnabula) pensa, ac
„ pulsata, quibus famuli quidquid sordi-
„ dum, vel pulveris in privatis aedibus
„ foris trajiciendum statim deferunt. Ac
„ Romae Innocentio XI. san. mem.
„ mandante, majora sonacula equis du-
„ centibus currisellia ad ambulantium
„ tutelam adjuncta „.

(1) Loco, quem nos *C.* 4. §. 11. *pp.* 254. *et* 255. exscripsimus.

(2) *In Lucubrat. de Tintinnabulo Nolano C.* 1. *p.* 20.

CAPUT VII.

De usu tintinnabulorum apud veteres in excubiis, in vicorum custodiis, et pro somno excitando, pro rei alicuius ineundae signo indicando, in privatorum aedibus, earumque foribus, in hortis, ac sylvis, in itineribus, ludis, et musicis instrumentis.

1. Tintinnabula tum probandae vigiliae, tum indicendis periculis, et tumultibus, tum plurimae familiae cogendae, ac excitandae, tum rei alicuius ineundae signo indicando, tum denique percutiendis foribus pro domorum ingressu idonea in primis esse nemo certe ignorat. Id etiam veteribus innotuit, atque idcirco eadem his etiam de caussis in more apud eos fuerunt, non secus ac in eorumdem hortis, sylvis, itineribus, ludis, et musicis instrumentis.

2. Ad primum porro quod attinet, tintinnabulis usos fuisse excubiarum

Praefectos ab ipsa Scriptura (1) et S. Gregorio M. memoratos (2), eos scilicet, qui civitates nocturno tempore cum tintinnabulis circumibant, ut viderent, utrum vigiles vere vigiles essent necne, res est exploratissima. Aristophanes enim quemdam commemorat tintinnabuli gestatorem eius ope singulos nocturnos explorantem, ac probantem excubitores, utrum revera vigilarent nec ne.

„ Custodes constitue, (ait (3)) ignem
„ absconde semper
„ Tintinnabulum ferens circumcurre,
„ et dormi illic „.

Ac ut alibi (4) tradit

„ Circumeuntur, tintinnabulo fertur,
„ ubique
„ Vigiliae sunt constitutae, et noctur-
„ nae faces.
„ In turribus „.

(1) *Cantic. c. 3. v. 3., et c. 5. v. 7.*

(2) *Hom. 25. in Evangelia.*

(3) *In Comoediis nempe in Avibus vv.* 842. *et* 843. *p.* 409. *Edit. Amstelodamen.* 1710.

„ Φύλακας καταστῆσαι (inquit) τὸ πῦρ ἔγκρυπτ' ἀεὶ
Κωδωνοφορῶν περίτρεχε. καὶ κάθευδ' ἐκεῖ „.

(4) *VV.* 1160. *et* 1161. *pag.* 420.

„ Ἐφοδεύεται, (ait) κωδωνοφορεῖται, πανταχῇ
Φυλακαὶ καθεστήκασι. Καὶ φρυκτωρίαι
„ Ἐν τοῖσι πύργοις „.

Verbum nanque „ tintinnabulo fertur „ perinde se habet, ac „ tintinnabulo ex„ ploratur (vel etiam probatur) vigilum „ custodia(seu excubitorum vigilia)„quemadmodum vetus eiusdem Aristophanis explicat Scholiastes (1).Qua de re sic eum uberius pandens hic (2) subiicit „ Circu„ mitores, qui custodias inspiciebant, „ venientes ad excubitores, tintinnabula „ habebant, et his sonum edebant ex„ perientes, utrum dormirent? Ac „ utrum custodes responderent „ ? Quae fere Suidas (3) excribens subiicit „ Illi,

(1) *Ad cit. v.* 1160. ibidem „ Ἐφοδέυεται) Διοδέυεται. Τὸ δὲ κωδωνοφορεῖται, ἀντὶ τȣ̃ δοκιμάζεται ἡ τῶν φύλακων φρȣρά „.

(2) *Ad cit. v.* 843. *ad Verbum* κωδωνοφορων *p.*409.„ Οἱ περίπολοι (ait) τὰς φυλακας περισκοπȣ̃ντες, ἐρχόμενοι ἐπὶ τὰς φύλακας, κώδωνας εἶχον. Καὶ διὰ τȣ́των ἐψόφȣν πειράζοντες τὸν καθέυδοντα; καὶ ἵνα οἱ φυλάττοντες ἀντιφθέγγωνται „. Quibus plane concinunt ea, quae habet in Adnot. ad alium locum *Nubum* „ Δημήτριος γὰρ φησὶν, (inquit) ὅτι κατὰ τὰς φυλακάς, εἰ ἐγρηγόρασι, κώδωσι διεσήμαινον „. „ Nimirum „ Demetrius enim ait, secundum custo„ dias, an vigilarent, tintinnabulis significavisse „.

(3) In *Lexicon p.* 361.*To.*1.*Edit.Lugduni Batav. an.* 1746. in verbo Κωδωνοφορῶν „ Κωδωνοφορῶν. Οἱ περίπολοι, (ait) οἱ τὰς φύλακας περιπολȣ̃ντες, καὶ περισκοπȣ̃ντες, ἐρχόμενοι ἐπὶ τȣ̀ς φύλακας, κώδωνας εἶχον. καὶ τȣ́τȣς ἐψόφȣν, πειράζοντες τὸν κα-

„ qui vigilias circumibant, et lustrabant, „ ad vigiles accedentes, nolis sonum ede- „ bant, ut hac ratione deprehenderent, „ utrum aliquis dormiret, et ut custodes „ eis voce responderent. Aristophanes „ *Nolas ferens circumi* „. Similia idem alibi confirmat Suidas (1). Quibus plane

θέοδοντα : ϗ ἵνα εἰ φυλάσσοντες ἀντιφθέγγωνται. Ἀριστοφάνης κωδωνοφορῶν περίτρεχε „. Quae et iisdem plane verbis exscripit Phavorinus *in magno Dictionario sive Thesauro universae Linguae Graecae* pag. 461. col. 32. Edit. Venetae anni 1712. in verbo Κωδωνοφορῶν.

(1) *To.* 1. *p.* 90. in verbo Ἀκωδώνιστον haec habet. „ Ἀκωδώνιστον ἀντὶ τοῦ ἀπείραστον : ἀβασάνιστον. Κωδωνίσαι γὰρ, τὸ διαπειραθῆναι. Μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν περιπολούντων, ϗ κώδωσι διαπειρωμένων, εἰ ἐγρηγόρσιν οἱ ἐπὶ ταῖς φυλακαῖς τεταγμένοι. Οἱ δὲ ὑπομνηματισταὶ. ἀπὸ τῶν ὀρτύγων φασὶ μετῆχθαι τὴν λέξιν „ Videlicet „ Ἀκωδώνιστον. Non exploratum. Non „ examinatum. *Κωδωνίσαι* enim significat, rem aliquam „ explorare. Metaphora ducta est à circuitoribus, „ qui tintinnabulis explorant, an ii, quibus excubiae „ mandatae snut, vigilent. Commentatores verò di- „ cunt, verbum hoc ab coturniclbus translatum esse „. Ad quem Suidae locum haec subiicit kusterus in Notis Nota 1. Aristophanes in Lysistrat. p. 876.

„ Ὡς αἰσχρὸν ἀκωδώνιστον ἐᾶν τὸ τοιοῦτο πρᾶγμα
„ μεθέντας.

„ Ad hunc locum comici Nota haec Suidae referenda est, „ qui eam descripsit ex Scholiasta veteri inedito in Lysi- „ stratam, quem penes me Mss. habeo „ Et revera is eadem ferme habet ac Suidas, ut legitur in Editione Aristophanis Amstelodam. Anni 1710. *p.* 549. *in Lysi-*

concinunt ea, quae hac de re leguntur tum apud Thucydidem (1), ejusque Scholiastem (2), tum apud Plutarchum (3), tum apud Ulpianum (4), tum apud Aesychium (5),

stratam ad v. 486., qui adiicit in fine „ Τὺς γὰρ ὑπομείναντας τὸν ἦχον τῦ κώδωνος ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς μάχην. Ἔνιοι δὲ φασι καὶ τὺς ἵππυς κώδωσιν ἐξετάζειν „. *Et Cit. To.* 1. *pag.* 698. *in verbo* Ἐκωδωνίζοντο „ Ἐκωδωνίζοντο. Περὶ βοητοὶ ἐγένοντο. τέτακται, καὶ ἐπὶ τῦ ἐπειράθησαν. ὕτω Λυσίας „ i. e. „ Celebres evaserunt. Item tentati, vel explorati sunt. „ Sic Lysias. „

(1) *Histor. l.* 4. cuius locus affertur *pag.* 311. *et* 312. *Adnot.* 3.

(2) Vide *cit. Adnotationem*.

(3) In *Arato*, ut videre est *pp.* 311.

(4) *In Enarr. in Orat.* Demonsthenis περ παραπρεσβ. ad verb. διεκωδώνιζε ἅπαντας „ Ἐδοκίμαζεν, (inquit) ἐπείραζεν. Ἀπὸ μεταφορᾶς τῦ κώδωνος, τὸ περιάγυσιν νύκτωρ οἱ φύλακες ἀποπειρώμενοι, εἰ ἐγρηγόρασιν, οἱ περὶ τὰς πύλας φυλάττοντες „ Probabat, „ tentabat. Translatum est à tintinnabulo, quod noctu circumferunt custodes exploraturi, utrum vigilent necne, qui portas custodiunt „.

(5) *In Lexicon* in verbo Ἀκωδώνιστον *p.* 214. *To.* 1. *Ed. Lugduni Batav. an.* 1746. „ Ἀκωδώνιστον. „ ἀδοκίμαστον. Κωδωνίσαι γάρ, τὸ δοκιμάσαι λέγεται. „ i. e. Ἀκωδώνιστον, non probatum. Κωδωνίσαι enim „ dicitur probasse „. *Et ibid.* in verbo Κωδωνίσας *p.* 394. *To.* 2. „ Κωδωνίσας, πειράσας ἤχησας, i. e. Tentans, „ resonans „. *Et ibid. in verbo* κωδωνίσαι „ Κωδωνίσαι, „ δοκιμάσαι. διαπειράσαι. ἀπὸ τῶν φυλάκων, οἳ τὺς κώδωνας ἐκρότυν ἐπὶ πειρασμῷ τῶν γρηγορύντων „. Scilicet „ Tinnire, probare, periculum facere. A' vigilibus,

atque Harpocrationem (1), tum apud

„ qui tintinnabula pulsabant prò explorandis vigilibus„. *Et ibid. in verbo* κωδωνίσω „ Κωδωνίσω. δοκιμάσω. ἀπὸ τῶν ἵππων, ἢ ὀρτύγων. i. e. κωδωνίσω, pro-„ babo. Ab equis, vel à coturnicibus. Et in verbo διακωδωνίσαι *p.* 149. *ibid.* „ Διακωδωνίσαι, δοκιμάσαι. „ i. e. probasse „. *Et in verbo* ἐκωδώνισεν *p.* 1159. *ibid.* „ Ἐκωδώνισεν, ἐδοκίμασεν, i. e. probavit „. *Et in verbo* κεκωδώνισται *p.* 222. *To.* 2. „ Κεκωδώνισται. πεπείρασται, ἐξήτασται, δεδοκίμασται „. i. e. „ Ten-„ tatum est, investigatum est, probatum est „ Et in verbo κεκωδωνισμένοι *p.* 222. *To.* 2. „ Κεκωδωνισμένοι. πεπειρασμένοι, καὶ ἐξητασμένοι. μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν περιπολούντων, καὶ τοῖς κώδωσι διαπειρωμένων, εἰ οἱ πρώτως ταῖς φυλαῖς τεταγμένοι ἐγρηγόρασι. „ Tinnitu „ pulsati, explorati, et examinati. Derivatum verò est „ à circumeuntibus, et ab iis, qui tintinnabulis explo-„ rantur, utrum in primis tribubus dispositi vigilent „.

(1) *In Lexicon Decem Oratorum* in verbo διεκωδώνισε *p.* 130. *Ed. Lugd. Batav. an.* 1683. „ Διεκωδώνισε, Δημοσθένης ἐν τῇ περὶ τῆς παραπρεσβείας, ἀντὶ τοῦ διεπείρασε, καὶ ἐξέτασεν. ἡ δὲ μεταφορὰ, ἤτοι ἀπὸ τῶν περιπολούντων σὺν κώδωσι νυκτὸς τὰς φυλακὰς, Εὐριπίδης Παλαμήδει. ἢ ἀπὸ τῶν δοκιμαζόντων τὰς μαχίμους ὄρτυγας τῷ ἤχῳ τοῦ κώδωνος, ὡς Ἀρίσταρχος „. Διεκωδώνισε i. e. tentavit et exploravit, „ apud Demosthenem in oratione de falsa Legatione. „ Translatio ducta vel ab iis, qui noctu cum tintinna-„ bulis vigilias circumibant, ut Euripides in Palamede: „ vel ab iis, qui pugnaces coturnices nolae sono ex-„ plorabant, ut Aristarchus „. Ad hunc eumdem locum Henricus Valesius in notis in verbo διεκωδώνισε, postquam dixit sibi probari sententiam illorum, ac praesertim Scholiastis Aristophanis, qui putant verbum κωδωνίζειν ab equis et vasculis fuisse deductum, haee sub-

Photium, et Nicophonem (.), tum demum

iicit . ,, Igitur quod est in equis , et vasis κωδωνί-
,, ζειν idem est in venalitiis uti lapide Gagate , nam
,, hoc incenso antiquitas utebantur ad explorandam
,, venalitiorum valetudinem , testis Apulejus in Apo-
,, logia . Quod si magnum putarem caducum deijcere ,
,, quid opus carmine fuit? cum incensus Gagates lapis
,, (ut apud Physicos lego) pulchre , et facile hunc
,, morbum exploret , cuius odore etiam in venalitiis
,, vulgo sanitatem , aut morbum venalium experiuntur .
,, δοκιμάζειν , ἐξετάζειν , experiri , et explorare est .
,, Vide Nicand. Ther. et eius interpretem ,, . *Et ibid. in verbo* κωδωνοφορῶν . (sic idem ait Harpocration ,, Κωδωνοφορῶν . οἱ περιπολάρχαι ἐπὶ τὰς φύλακας ερχόμενοι , κώδωνα δἰέ σειον , καὶ ὅτως ἐξεπείραζον τὸν καθεύδοντα . Ἀπὸ δὲ τῶν ὀρτύγων ἡ χρῆσις . Τὰς γὰρ ὑπομείναντας τὸν ἦχον τὰ κώδωνος φασὶν ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς μάχην . Φασὶ δὲ καὶ τὰς ἵππας τοῖς κώδωσιν ἐξετάζεσθαι ,, . Nimirum .. Tintinnabuli gestator . Circui-
,, torum Prefecti (i. e. qui praesunt circuitoribus ex-
,, cubiarum) venientes ad Custodes , tintinnabulum
,, quatiebant , et sic dormientem tentabant . A cotur-
,, nicibus autem consuetudo . Has enim ferunt expe-
,, ctantes sonum tintinnabuli accurate venire ad pu-
,, gnam . Dicunt vero et equos tintinnabulis explo-
,, rari ,, .

(1) Joannes Albertus vero in *Nota* 25. ad locum Hesychii postremo recensitum sequens affert in huius rei confirmationem Photii testimonium in *Lex. Mss.* ,, Κωδωνοφορῶν . περιπολῶν , καὶ ἐξετάζων , εἰ γρηγορᾶσιν οἱ φύλακες . Οἱ γὰρ τάς Φυλακάς επισκοπᾶντες , κώδωνας εἶχον , καὶ ἐψόφαν πειράζοντες τὸν καθεύδοντα , καὶ ἵνα οἱ φυλάσσοντες ἀντιφθέγγωνται . Οὕτως Νικοφῶν . ,, Scilicet ,, . Tintinnabuli gestator. circum-
,, lustrans , et inquirens , utrum vigilent custodes .

apud Phavorinum (1). Atque hinc ex eodem Suida recte subiicit Salmuth (2),,Ex„ cubitores olim in nocturnis vigiliis tin„ tinnabula secum tulisse,ad quorum pul„ sum illico fuerit respondendum,,. Huc certe spectat, quod ait Synesius (3) ,, So„ mni partem, quae mihi sorte obue„ nit, saepe turbat tintinnabulum vigilum ,,.

3. Tintinnabula vero,quae à Graecis in lustrandis Civitatum vigiliis fuerunt in usu, a Romanis in una, vel altera duntaxat custodienda urbis parte, ac praesertim vicis sunt olim adhibita. Mutui siquidem, et nocturni domorum finitimarum custodes, cujusmodi profecto

,, Qui enim Custodes inspiciebant, habebant tintinna,, bula, et sonabant, explorantes dormientem, et ut ,, custodes responderent. Sic Nicophon ,,.

(1) Consulantur ea, quae habentur *pp.* 303. *et* 304. *Adnot*, 3. Idem quoque Phavorinus *p. et col. cit.* in verbo Κωδωνοφορεῖται ita sdbdit ,, Κωδωνοφορεῖται ἀντὶ τῦ δοκιμάζεται ἢ τῶν φυλάκων φρȣρὰ. Ἀριστοφάνης ,, . Nempe ,, Κωδωνοφορεῖται peritde se habet ac prubatur Statio Vigilum. ,, Aristophanes ,,.

(2) *In Notis sive Commentar.* ad Pancirollum *Rerum memorabilium lib.* 2. *tit.* 9. *p.* 161.

(3) Καὶ τὸ λαχὸν [*ait in Catastasi Opp. pag*, 302. *Ed. Paris. an.* 1612.] μοὶ μέρος εἰς ὕπνον ἀφαιρεῖται πολλάκις ὁ κώδων ὁ φυλακτήριος ,,.

erant vigiles, ut sibi commissas magis tuerentur aedes, aut furibus advenientibus, aut quolibet imminente discrimine, aut qnavis etiam alia de caussa, quoties opus esse ducerent, tintinnabulorum indicio invicem monebantur. Id sane praeclare, atque luculenter prodidit Dio. „ Nam qui noctu (ait (1)) vicinas invi„ cem (2) domos, (seu *vicos*, ut vertit

(1) *Loc. cit.* et exscripto *pp.* 175. *et* 176. *Adnot.* 2.

(2) Graecus Textus habet *συνοικίας* . quod vocabulum proprie significat *insulas*, ita ut sensus sit *custodes insularum*. Nam ut habet Casaubonus in *Notis ad Svetonium pag.* 115. *N.* 37. „ Glossarium *Insula* „ *νῆσος*, *συνοικία*. Verum ipse addit „ Sed et ad „ alia utebantur. Et reapse cit. Dionis locum sic ipse *l. cit.* vertit „ Custodes insularum, et vastarum „ aedium, quas habuere Romani proceres. „ Quare *Insularum* nomine aedes etiam veniebant apud veteres. Verum, praeeunte Festo de *Verb. signific*, , id luculenter ostendit Augustinus Babelonius in *Notis ad Svetonium N.* 17. *p.* 46. *cit Editionis Parisiensis anni* 1684. *in Julio Caesare C.* 41. ad ea verba *per Dominos insularum*. „ Non vero per scribas censorum insulae sunt „ aedificia (ait) vel aedificiorum multitudo, quae aliis „ non coniunguntur ad earum similitudinem terrarum, „ quae mari vel fluminibus eminent. Sed hic insulas „ intelligit Svetonius quasvis aedes locatitias: sic enim „ post Neronem dictae fuerunt, quemadmodum ex „ Tacito Casaubonus existimat, earum igitur dominos „ intelligi ipsos locatores „. Sed praeter Casaubonum „ in *Not. cit.* eodem plane modo, ipsis veterum au-

Lipsius; (1) custodes siquidem illi, quomodo mutuo moneri, et audiri, dato signo, valuissent, nisi extra ipsas mansissent, et vigilassent domos sive in sublimibus turribus, perinde ac coniicit Antonius Maria Lupius (2), sive in publicis vicis, seu etiam viis, quales plures una simul conjunctis aedibus continendis plane requirebantur) „ custodiunt, „ tintinnabula gerunt, ut alter alteri, quo- „ ties visum fuerit, signum dare possit „. Idque Romae consuevisse refert. Addit (3) enim „ Haec tum Romae acta „. Qua de re illum vigilum in civitatibus cum tintinnabulis circumeundi morem ad solos veteres Graecos redigit Magius (4). Quandoquidem nemo ex historicis sive Graecis, sive Latinis id in urbe factum unquam fuisse narrat.

4. Graecis item tintinnabula in vi-

ctorum locis vel memoratis, vel etiam allatis eas, de quibus res est, *insulas* plane intelligendas esse probat Pitiscus *in Comment. ad loc. cit. Suetonii Nota* 31. *To.* 1. *p.* 81. *Edit. Leovardiae anni* 1714.

(1) *De Militia Romana lib.* 5. *Dial.* 9 *Opp. To.* 3. *p.* 176. *Edit. Antuerpien. an.* 1637.

(2) *Loc. cit* §. 91. *p.* 41. (3) *Ibidem in fine*.

(4) *In libro de tintinnabulis cap.* 10.

giliis matutinis tum tradendis, tum mutandis in usu fuisse perhibet Plutarchus. „ Subeuntibus primis,(ait (1))ille,qui vi- „ giliam matutinam tradebat, transibat „ illac ad tintinnabulum, multaque lumi- „ na, et strepitus erant sequentium „ eum „. Ac ut paullo infra subdit (2) „ Ille ex turri respondit alta voce nihil „ mali esse; sed canem ad stationis lu- „ men; et strepitum tintinnabuli lacessi- „ tum „. Porro id servatum fuisse in iis permutandis vigilibus, qui moeniis civitatum custodiendis deputabantur, tradit Thucydides (3).

(1) *In Arato Opp. To.2.p.1030. Ed. Paris. an.* 1624. „ Ἀναβαινόντων δὲ τῶν πρώτων, ὁ τὴν ἑωθινὴν φυλακὴν παραδιδȣ̀ς ἐφώδευε κώδωνι, ϗ φῶτα πολλὰ, ϗ θορυβὸς ἦν τῶν ἐπιπορευομένων „.

(2) Ibid. paullo infra „ Ὁ δὲ ἀπὸ τȣ̃ πύργȣ αὐτὸν αντεφώνησε μηδεν ἐιναι δεινὸν. ἀλλὰ τὸν κύνα προς τὸ φῶς τῶν τειχοφυλάκων, ϗ τὸν ψόφον τȣ̃ κώδωνος παροξύνεσθαι „.

(3) *De bello Peloponnesiaco sive historiar. l. 4. p. 317. N. 135. Editionis Amstaelodam. an.* 1731. „ Ἀπεπείρασε δὲ τȣ̃ αὐτȣ̃ χειμῶνος, (ait) ϗ ὁ Βρασίδας τελευτῶντος, ϗ πρὸς ἔαρ ἤδη, Ποτιδαίας. προσελθὼν γὰρ νυκτὸς, ϗ κλίμακα προσθεὶς, μέχρι μὲν τȣ́τȣ ἔλαθε. τȣ̃ γὰρ κώδωνος παρενεχθέντος, ȣ̎τως ἐς τὸ διάκενον, πρὶν επανελθεῖν τὸν παραδιδόντα αὐτὸν, ἡ πρόσθεσις ἐγένετο. ἔπειτα, μέν τοι εὐθὺς αισθομενων

5. Qua ratione ad sonum reddendum pulsarentur olim tintinnabula, non satis constat inter eruditos. Illam prae aliis tradit Magius, qui eam mero conjecturae argumento ductus ita explicat. „ Depre- „ hendendi vero modus (inquit (1)) tin- „ tinnabulo quis esset, non produnt. „ Quanquam conjecturae locus est, Co-

πρὶν προσβῆναι, ἀπήγαγε πάλιν κατὰ τάχος τὴν στρατιὰν, καὶ οὐκ ἀνέμεινεν ἡμέραν γενέσθαι. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα. καὶ ἔνατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε„. Nimirum„ Eadem hyeme abeunte, „ et vere iam appropinquante, Brasidas Potidaeam tenta- „ vit. Cum enim noctu *ad eam* accessisset, et scalas *muris* „ admovisset, hactenus quidem *custodes* latuit. Nam „ cum tintinnabulum praeteriisset, ita demum ad inane „ *murorum spatium custodibus* vacuum, antequam ille, „ qui ipsum *tintinnabulum alteri* traditurus erat, redi- „ isset *eo*, *unde digressus fuerat*, scalae admotae fue- „ runt. Deinde tamen cum custodes statim *strepitum* „ *sensissent*, priusquam ad murum accederet, exerci- „ tum celeriter retro reduxit, nec expectavit, donec „ dies illucesceret. Atque haec hyems exivit: huiusque „ belli, quod Thucydides conscripsit, nonus annus ex- „ cessit „. De Brasida loquitur, qui Potidaeam conatus capere noctu, dum is, qui circuit, tintinnabulum porrigit, atque ita locum sensim deserit. Ibi Scholiastes „ *Ἕως γὰρ ὁ περιιὼν μετὰ τοῦ κώδωνος ἄλλῳ παρεδίδου τὸν κώδωνα· χρόνου ἐγγινομένου ἔλαθε προσθεὶς τὴν κλίμακα* „ Interea dum is, qui circuibat „ cum tintinnabulo, alteri illud traderet, tempore ali- „ quo medio fefellit, scalas admovens „.

(1) *In Libro de Tintinnabulis Cap.* 10.

„ donophorum circumcurrentem (eos „ hodie, qui id muneris obeunt, *Rondam* „ vocari vulgo satis est notum) tintinna- „ bulo personare solitum, cui si non „ statim vigiles accurrissent, vel assur- „ rexissent, eos minime vigilasse sed „ tinnitu e somno excitatos fuisse aper- „ tum erat „.

6. Tintinnabuli porro duntaxat, non tintinnabulorum tum Thucydides (1), eiusque Scholiastes (2), tum Plutarchus (3) mentionem injecerunt. Si fides tamen Suidae (4) danda sit, plura memorantur tintinnabula, iisque sonum edebant non quidem manibus ea deprehendentes, et commoventes, sed iisdem ad suas ferreas loricas adjectis circuitores, et excubiae undique circumductae, ita ut quolibet earumdem motu sonus redderetur, vel tintinnabula concutierentur, quemadmodum verbo ἐψόφουν idem innuit Suidas (5), eiusque fidem confirmat Sveto-

(1) *Histor. lib.* 4. (2) *Ad loc. cit. Thucyd.*

(3) *In Arato* .

(4) Consulantur eius loca *pp.* 303. 304. *et* 305. allata .

(5) In locis allatis *cit. pagg.*

nius (1) tintinnabulis, non quidem tintinnabulo Jovis Tonantis templum redimitum asserens.

7. Sed quod in re nostra plurimi duci debet, est vetus monumentum quod à Rocchegiano (2) affertur, ubi vigilum illud idem Jovis Tonantis templum Romae custodientium ferrea lorica refertur triplici eodemque successivo totidem tintinnabulorum ordine ornata, quae certe pro quolibet militum vigilantium seu excubantium motu concuti, et commoveri necessario debebant.

8. Fortasse tamen belli tempore in castris apud Romanos vigiles minime utebantur tintinnabulis. In columna enim Cochlite M. Aur. Antonino dicata (3) inter

(1) *In Octavio Augusto C.29.*, cuius locum *pp.*174. *et* 175. attuli *ac pp.* 176. 177. *et* 178., ibique *in Adnotat.* conciliari posse Dionem ostendi, in cuius testimonio κώδωνας non quidem κώδωνα legendum esse pandidi.

(2) In opere inscripto „ *Raccolta di* 200. *tavole rappresentanti i costumi religiosi, civili, e militari degli antichi Egiziani, Etruschi, Greci, e Romani tratti dagli antichi monumenti, designate ed incise in rame da Lorenzo Rocchegiani. Roma* 1804.*Tab.*52.*Fig.*3.

(3) *Columna Cochlis M. Aurelio Antonino Augusto dicata eius rebus gestis in Germanica atque Sarmatica expeditione insignis, ex S. C. Romae ad Viam Flami-*

caeteros Romani exercitus milites duo visuntur (1) vigiles seu excubitores hastis innixi, ac ferreis loricis indui, quibus tamen nullum inest tintinnabulum. Iis namque tintinnabula inesse reapse debuissent, si vigiles fuissent iisdem in bello usi, perinde ac loricas vigilum urbis, et Jovis Tonantis templi, qui revera iis utebantur, triplici tintinnabulorum ordine ornari superius (2) pandidimus. Polybius (3) deinde de circuitoribus loquens, qui vigiles castra tuentes lustrarent, tesserarum (4) duntaxat, quibus ab hostibus internoscerentur, et buccinae, qua ob illo-

niam erecta ac utriusque belli imaginibus anaglyphice insculpta: brevibus Notis Jo. Petri Bellorii illustrata et a Petro Sancte Bartolo iusta delineationes in Bibliotheca Barberina asservatas, ac cum antiquis ipsius Columnae signis collatas aere incisa iterum in lucem prodit Romae An. 1704.

(1) *Tab.* X. *N.* 6. (2) §. 7. *p.* 314.

(3) *In Hist.*, cuius locum exscribit Lipsius *de Milit. Rom. l.* 5. C. *seu Dial.* 9. *Opp. To.* 3. *Edit. Antuerpiens. an.* 1637. *pp.* 172. *et* 173.

(4) „ Tesseras, vigilias (ut ait Plinius *Hist. Nat. lib.* 7. C. 57. *vel potius* 56. *To.* 2. *pag.* 101.) „ Palame„ des invenit bello Trojano „.

rum explorandam vigiliam dandum erat a centurione signum, non quidem tintinnabuli, vel tintinnabulorum meminit. Quod sane praeter buccinam tum scuto, tum pilo, tum luncho, tum facibus, tum ignibus, tum vocibus ea occasione fieri consuevisse Livius (1), Propertius (2), Tacitus (3), Seneca (4), Dionysius (5), Lucanus (6), Silius Italicus (7), Tertullianus (8), et Ambrosius (9) perhibentes omnem plane auferunt dubitationi locum.

9. Sic etiam ut vigilias nocturnas Romani constituerent, quod hora coenae ad tabernaculum Praetoris fiebat, perhibente Polybio (10), buccina, et tuba utebantur, sola vero (11) buccina, ut eos,

(1) *Hist. Rom. lib.* 44.

(2) *Elegiar. l.* 4. *Eleg.* 4. *v.* 63., ibique Vulpius *in Notis To.* 2. *Part.* 2. *pp.* 1008. *et* 1009., Ed. *Comi-nianae ann.* 1754.

(3) *Annal. l.* 1. *et* 11. (4) *Epist.* 36.

(5) *Hist. lib.* 5. (6) *L.* 2. *v.* 689.

(7) *L.* 7. *v.* 154. (8) *In libro de Corona C.*11.

(9) *Hexaemer. l.* 5. *C.* 15. (10) *Hist. l.* 15.

(11) Ita perhibent Livius *l.* 7., Propertius, et Silius Italicus *locis cit.*

quibus vigilandi munus fuerat delatum, per vices, perinde ac (1) sorte fuerant divisi, nocte (2) singulis ternis horis quater mutarent.

10. Apud ipsos etiam Graecos praeter tintinnabula vocibus, et ignibus vi-

(1) Id praeter Virgilium *Aeneid. l. 9. vv.* 174. *et* 175. perspicue perhibet Polybius *loco* a nobis §. 8. *p.* 314. *ibique in Adnot.* 2. citato, *et lib.* 6.

(2) Quatuor erant apud Romanos castrenses noctis vigiliae, et unaquaeque trium horarum, quarum singulis novi mutabantur vigiles, ita ut media nox finis esset secundae vigiliae, idque tum Livius ll. 7. 24. 26. *et* 36., *Caesar belli civ.* 1. 2. Propertius et Statius *locis cit.*, Plinius *Hist. nat. l.* 10. *C.* 21. Vegetius *de re milit. l.* 3. *C.* 8., Suidas in *Lexicon Verbo* φυλακὴ, Frontinus *l.* 1. *C.* 5., aliique complures tradunt, ipsaque memorat, eadem servata divisione, pluribus in locis Scriptura, nimirum *Judicum C.* 7. *v.* 19., *Regum lib.* 1. *C.* 5. *v.* 11., *Matthaei C.* 14. *v.* 25., *Marci C.* 6. *v.* 48., *Lucae C.* 2. *vv.* 12. *et* 38. Quamobrem nescio, quomodo Macrobius caeteris adversans inquiat „ Nox in tres vigilias distribue„ batur, vigiliae vero in quatuor horarum spatia „. Eadem et apud Graecos in nocte ob vigilias dividendas puta in quadrantes divisio fuit, idque tum Theocritus *in Idyliis*, Sophocles in Tragoedia Αημνίαις, Euripides iu *Rheso*, qui memorat „ τετράμοιραν φρκρὰν „ nempe „ vigiliam quadripartitam „ aperte perhibent, nec non Graeci produnt Grammatici, perinde ac iisdem innixus sentit, atque tradit Josephus Scaliger *Auson. Lection. l.* 1. *C.* 17. *p.* 68. *Ed. Heidelbergae an.* 1588. „ Sed tamen (velut idem addit) tuba tantum prin„ cipium, et finis noctis designabatur „.

giles usos fuisse testantur Homerus (1), et Diodorus (2), ac (3), tuba praeterea noctis principium, et finis designabatur. Persas in vigiliis sui regis laudes canere solitos fuisse Ammianus (4), et Zosimus (5) narrant. Apud Pannones vigiles sibi mutuo, et clare concinere *Szolaij*, *Szolaij*, *Virratzto*, *Szolaij*, id est *vigila*, *vigila*, *vigil*, *vigila*, et cum sub auroram se recipiunt, canere *Haynal Vagijon Szeppyros*, *haynal haynal vagijon*, hoc est *erumpit jam elegans rubens* (nempe aurora, vel dies) *erumpit*, *jam* ex Petri Bellonii, et Caroli Clusii monitu refert Lipsius (6). Turcis (7) in more positum est, ut in arcibus, et oppidis excubantes alta voce se invicem appellent, et respondeant.

11. Germani vero, ut perhibet Magius (8), aetate sua, nimirum post annum 1571., cum vigiles mutarent, tympanum pulsabant, et tibia canebant. Apud nos

(1) *Iliad. l.* 10. *v.* 67. (2) *Biblioth. l.* 19.
(3) Consulatur *Adnot.* 2. *p.* 316.
(4) *Rerum gestarum ll.* 19. *et* 21.
(5) *Historiae novae l.* 3. (6) *Loc. cit. p.* 177.
(7) *Lipsius ibid.* (8) *Loc. cit. p.* 45.

autem perinde ac apud caeteros Italos uno, vel pluribus majoribus tintinnabulis arces, et portus muniuntur, positis pro eorum custodia militibus; quam porro consuetudinem huc jampridem invaluisse constat. Quandoquidem Parthenius Nicaensis (1) narrat, Hipparinum ab Antileone vehementer amatum per ludibrium ei mandasse „ ut ex munito quo-„ dam loco, qui magna custodia ab Ar-„ chelao, Heracleotarum tyranno (*sci-„ licet Heracleae*) servabatur, tintin-„ nabulum deturbaret, confisus nun-„ quam ipsum hoc certamen perfectu-„ rum. Antileon autem occulte praesi-„ dium aggressus ex insidia custodem „ tintinnabuli occidit, atque inde ad ado-„ lescentulum, confecto opere (nimi-„ rum clam asportato tintinnabulo), re-„ versus magna apud eum benevolentia „ fuit „. Quae profecto, veluti clare aperteque patet, cum ad arcium munimenta referantur, inde perperam colligit vir caeteroquin clarissimus Joannes

(1) *In libro De Amatoriis Affectionibus C. 7. de Hipparino.* „ Ὁ δὲ ἄρα (ait) κατειρωνευόμενος προ-

Meursius (1), hasce nolas, ut eiusdem verbis utar, in locis munitis asservari consuevisse, certosque eis custodes praepositos. „ Solebant enim (sicuti pergit „ (2)) hostes in id incumbere, ut possent (nolas) clam auferre, atque ita „ excubiarum explorationem impedirent, „ vigilibusque ideo securioribus facilius „ urbium, castrorumve per dolum et „ stratagema aliquod potirentur „. Id nanque nullus ex veteribus innuit scriptoribus, qui excubiarum praefectos habuisse tintinnabula, ut iis sonum ederent, eademque in loricis, quod nos paullo superius (3) ostendimus, praeseferre consueverunt, ut ea motu corporis una simul quaterent. Apud Iccium praeterea portum, quem hodie Caletum ap-

σέταξεν αὐτῷ ἀπὸ τινὸς ἐρυμνȣ̃ χωρίȣ, ὃ μάλιστα ἐφρȣρεῖτο ὑπὸ τȣ̃ τῶν Ἡρακλεώτων τυραννȣ, τὸν κώδωνα κατακομίσαι, πειθόμενος, μὴ αν ποτὲ τελέσειν τὸν δε τὸν ἆθλον. Ἀντιλέων δὲ κρύφα τὲ φρȣ́ριον ὑπελθων, ᾗ λοχήσας τὸν φυλακα τȣ̃ κώδωνος κατακαίνει. ᾗ ἐπειδη ἀφίκετο πρὸς τὸ μοιράκιον ἐπιτελεσας τὴν ὑπόσχεσιν, ἐν πολλῇ αὐτῷ εὐνοίᾳ ἐγένετο, ᾗ ἐκ τȣ̃δε μάλιστα ἀλλήλȣς ἐφίλȣν „.

(1) *Exerc. critic. Part.* 2. *l.* 2. *C.* 9. *Opp. Vol.* 5. *Col.* 621.

(2) *Ibidem*. (3) *Superiori* §. 7. *p.* 314.

pellant in Gallia aetate sua saeculo scilicet XVI. desinente, ac XVII. ineunte non aliter praesertim in excubiis consuevisse tradunt Hospinianus (1), et Sweertius (2), qui eumdem similiter morem „ in alhis locis praesidiariis „ sive „ in ar- „ cibus custodiendis „ quemadmodum idipsum confirmans inquit Josephus Laurentius Lucensis(3),cui plane concinit Lipsius (4),quoque obtineri adiiciunt.Atque id non alia certe de caussa,nisi ut,qualibet ingruente vi, tintinnabuli sono hujus rei significetur indicium,perinde ac,„per uni- „ versam Belgicam . . . . . Civili bello „ suo aevo servatum fuisse idem subiicit Sweertius (5). Quod probat etiam Meursius (6) narrans, in eius insula Vornensi campanas è turribus fuisse ab insu-

(1) *De templis l. 2. C. 26.*

(2) *In Notis ad loc. cit. Magii.*

(3) *Loc. cit. C. 4. Col, 1470.*

(4) *De Militia Rom. l. 5. Dial. 9. Opp. To. 3. p.* 177., ubi haec habet „ Hodie (de Vigilibus tintinnabulo explorandis loquitur) „ prorsus exolevit „ et in „ arcibus plerisque ad campanulam vigiliae excitan- „ tur „.

(5) *Ibidem.* (6) *Rer. Belg. l. 3. et 6. Opp. Vol.* 10. *Coll.* 64. *et* 320.

X

lanis undique detractas anno 1172., quo cum Hispanis bellum gereretur, et, Brila capta, alia insulae oppida et loca quoque armis subiicere iidem minitarentur.

12. Vehementer autem falluntur Hadrianus Junius (1), et Franciscus Sweertius(2), quod merito idcirco illi exprobrat Dukerus (3), dum ipsis veterum Ethnicorum temporibus hunc eumdem immimentis vis tintinnabulo indicandae adsciscunt morem. Hac siquidem de re olim, non quidem tintinnabula, quae nemo idcirco memorat, sed nunc adhibitae sunt (4) faces, cujus indicii omne inventum vel (5)

(1) „ Similiter si qua vis ingrueret, (inquit *Animadversorum l. 3. C. 11.*) „ *campani aeris tinnitu* „ *indicium eius rei dabatur olim* „.

(2) *Ibidem*, quo in loco eadem repetit Hadriani Junii verba.

(3) Consulatur §. 15. *huius capitis pp.* 325. *et* 326., ubi Dukeri afferuntur verba.

(4) Id perhibent Homerus *Iliad. l. 6.*, Apollonius *Argonaut. l. 4.*, *Dionysius l. 5.*, *Statius Thebaidos l. 8. v. 268.*, *Polyaenus stratagemat. l. 6. C. 2.*, *Frontinus l. 3. C. 12.*, Plutarchus in *Camillo*, alique tum *sequ. Adnot.*, tum *p.* 322. *Adnot.* 1. *et* 2. memorandi.

(5) Ita existimavit Plinius *Hist. Nat. l. 7. cap. 57. vel. potius* 56. *To.* 2. *p.* 101. Quod tamen inde ortum fuisse putat Lipsius *loc. cit. pag.* 178., quod facem à Sinone sublatam fuisse plures veteres tradunt scripto-

Sinoni, vel (1) Palamedi tribuitur, eaedemque non raro (2) e stipitibus factae, ac elevatae concutiebantur, cum vicinis aut sociis hostium significaretur adventus, immotae autem, et quietae ferebantur, seu etiam tollebantur, cum auxiliarium copiarum innueretur accessio; nunc (3) fumo interdiu, flammis vero noctu; nunc etiam ignibus, iisdemque vel ad proximam tum (4) praedonum, tum (5) hostium indicandam invasionem, vel (6) ad opportunum rei gerendae significandum tempus veteres olim utebantur.

res, cuiusmodi sunt prae aliis Q. Calaber. *l.* 13., et Tryphiodorus *in excidio Trojae*.

(1) Hoc inventum Palamedi adsciscunt tum Sophocles In *Tragoed.*, tum Alcidamas in *Orat. in Palamedem*, tum Gorgias *in Oration.*

(2) Id tradit vetus scholiastes Thucydidis; indeque Suidas in *Lexicon V.* Φρυκτοί.

(3) Ita post Virgilium *Aeneid. l.* 6., et Curtium *l.* 5. *C.* 2. testantur Vegetius *de re militari l.* 3. *C.* 5., et Frontinus *l.* 2. *C.* 5., *et l.* 3. *C.* 12.

(4) Tullius *Orat.* 5. *in Verrem Opp. Vol.* 3.

(5) Caesar *Belli Gallici l.* 2., Lucanus *Pharsalid. l.* 6., Diodorus *l.* 19., Dionysius Halicarnass. *l.* 8., Thucydides *l.* 3. *et* 8., Ammianus *l.* 18.

(6) Thucydides *l.* 4., Polyaenus *l.* 1. *C.* 32., *et l.* 6. *C.* 2., Livius *l.* 4. *C.* 27., *et l.* 46. *C.* 47., Arrianus *l.* 4., Plutarchus in *Camillo*, et in *Fabio*.

13. At enim Livii (1), Statii (2), et Dionis (3) Hadrianus Junius (4) affert loca, ex quibus Ethnicum tintinnabulorum hac de re colligi contendit usum.

14. Sed perperam. Livius enim nonnisi aeris in praeliis ad terrendos hostes, non secus ac in lunae defectu fieri solebat, tinniendi significat consuetudinem. Ita porro ipse integer ejus evidenter ostendit locus,, Praelium (inquit (5)) ,, non solito modo clamore, ac tumultu est ,, ceptum, sed ad alium virorum, equo- ,, rum, armorum sonum disposita in ,, muris Campanorum imbellis multitu- ,, do tantum cum aeris crepitu, qualis in ,, defectu lunae silenti nocte cieri solet, ,, edidit clamorem, ut averteret etiam ,, pugnantium animos,,.

15. Statius autem, cujus testimonio quoque utitur Sweertius (6), non quidem imminentis vis tintinnabuli signo indicandae innuere intendit morem, at solum.

(1) *Histor. l. 26. C. 5.*

(2) Tum *Thebaidos l. 6. v. 686.*, *tum in Achilleide*.

(3) *Lib. 54.* (4) *Ibidem*. (5) *Ibidem*.

(6) *Ibidem*.

modo „ ad opinionem hominum retulit (cujusmodi post Bernartium (1) , caeterosque omnes ejus interpretes eumdem ex Placido Lactantio (2) exponit Joannes Veenhusen (3)) „ quod arbitrentur de-
„ ficienti lunae auxiliari , si aera per-
„ cutiant „ . Sed praeclare, atque ap-
„ posite Dukerus „ Manifestum est (ait
„ (4)), hic a Livio , et a Statio VI. The-
„ baidos 686. *procul auxiliantia gentes*
„ *aera crepant* , indicari a multis anno-
„ tatum morem veterum in defectu lu-
„ nae aera concrepandi ; non doceri ,
„ olim , si qua repentina vis ingrueret ,
„ ejus rei indicium campani aeris tinni-
„ tu datum fuisse : quod scribit Hadr.
„ Junius III. Animadv. XI. Credo ob-
„ versatum fuisse animo illius morem
„ recentiorum temporum repentinas ho-

(1) *In Commentar. ad Vers.*106. *libri* 1. *pagg.* 12. *et* 13. *Edit. Paris. ann.* 1618.

(2) Consulenda quoque sunt , quae hausta ex eodem Lactantio *ad cit. vv.* 686. *et* 687. *pag.* 294. *et* 295. *cit. Edit.* habet Cruceus .

(3) *Ad cit. vv.* 686. *et* 687. *p.* 545. *Ed. Lugd. Batav. an.* 1671.

(4) *In Not. ad cit. Livii locum To.* 3. *p.* 1060. *Ed. Amstelod. an.* 1740. ,

„ stium incursiones sonitu campana-
„ rum ex turribus templorum signi-
„ ficandi „ .

16. Sic etiam Dio Coccejus (1) non jam praesidiariorum militum perhibere voluit morem , ut innuere videtur Hadrianus Junius (2) , sed tintinnabuli duntaxat in templis , seu locis sacris apud veteres Romanos usum .

17. Illa demum alia , quae idem subiicit Junius (3) , item ex Statio (4) hausta nimirum

„ Paullumque exercita pulsu
„ Aera tacent „ ,

nihili plane in re nostra duci debent . Quoniam enim is „ loquitur (quemadmodum ipse fatetur Junius (5)) „ de sacris
„ Bacchi trietericis , quae nocturno no-
„ larum , tintinnabulorumque pulsu per-
„ strepebant „ illa idcirco aliena quam maxime ab ipso Junii scopo sunt .

18. Apud Assyrios Regem rei alicujus tinnitu excitari quotidie consue-

(1) *Lib.* 54. Ipsa Dionis verba exscripta legi possunt *pp.* 175. *et* 176. *Adnot.* 2.

(2) *Loc. cit.* (3) *Ibidem.* (4) *In Achilleide .*

(5) *Ibidem .*

visse narrat Scriptura „ Quod videntes „ exploratores, (inquit (1)) ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt. Porro hi, qui in tabernaculo erant, venientes, et ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed a sonantibus Holofernes evigilaret. Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando, aut intrando aperire „. Eo Assyriorum regum superbia devenerat. Sed et istorum illud proprium erat, ut et alios per cortinam duntaxat adloquerentur (2), cujusmodi et (3) Persa-

(1) Iudith *Cap.* 14. *vv.* 8. 9. *et* 10.

(2) De Assyriorum regum superbia haec tradit Cornelius à Lapide in *Comment.* *in Judith. ad Cap.* 14. *ad v.* 13. *p.* 127. *Ed. Antuerpien. an.* 1693. ad ea verba *Tunc ingressus Vagao cubiculum eius stetit ante cortinam*. „ Adeo enim Principes Assyriorum et Persarum „ (inquit) servabant suam gravitatem, et majestatem, „ ut nonnisi per cortinam loquerentur; darentque „ responsa, uti etiamnum faciunt Reges Sinarum. Unde Athenaeus *l.* 4. *C.* 6. ex Herschde tradit, principes invitatos a Rege Persarum ad convivium, in „ eodem cubiculo cum eo coenasse, sed, interiecto „ velo, ita ut ab eis videri non posset, cum ipse eos „ „ facile videret „. Adeunda etiam est *Adnot.* 1. *p.* 327.

(3) Consulatur *Superior. Adnot.*

rum, atque (1) Medorum reges consueverunt. Quem porro morem ad ipsum Sinarum regem recentiori aetate pertransiisse tradit Cornelius a Lapide (2).

19. Apud Indos autem, teste Strabone (3), praeter urbis praefectos tertium

(1) Iam panditam Assyriorum regum consuetudinem repetens, et confirmans Calmetus *in Comment. litterali in omnes libros vet. et nov. Testam. To. 3, in l. Judith. ad C. 14. vv. 9, et 10., pag. 451. Ed. Lucen. an.* 1732., ab eadem illam Medorum regis ne minima quidem ex parte abfuisse probat. „ Vulgata *vv.* 9. 10. „ (ait) hoc pariter non spernendum animadvertit, „ quod frustra in Graeco, et Syro quaeras, nefas esse „ scilicet, excitari imp. Assyriorum pulsando, sed „ confuso potius strepitu excitandum. Officii pariter „ apud nos est, ne fores aedium virorum Principum „ pulsentur. sed leniter tentantur fores. Medorum „ rex Dejoces vetuit, teste Herodoto (Apud Athen. „ *l.* 4. Gnoita de eo loquitur Ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος ὁρᾷ „ δια τοῦ παρακαλύμματος τοῦ ἐπὶ τῇ θύρᾳ ἐκεῖνοι „ δ' αὐτὸν οὐκ ὁρῶσιν) ne quis ad se accedere auderet, neque alloqui nisi per interpretem, neque os „ intueri, neque videre, neque expuere, quicumque „ tandem ille esset. Obsequium denique regum Orientis „ eo superbiae devenerat, ut ad cultum religiosum „ saepissime pertingeret. Paulo inferiores Regibus honores Holofernes sibi arrogabat „.

(2) *Loco citato* et exscripto *p.* 326. *Adnot.* 2.

(3) *Rerum Geographicarum l.* 15. *p.* 708. *veteris Edit. Casaub. et p.* 1035. *novae Ed. To.* 2. loquens de Indis ait „ Μετὰ δὲ τοὺς ἀστυνόμους τρίτη ἐστὶ συναρχία ἡ περὶ τὰ στρατιωτικὰ, καὶ αὕτη ταῖς πεντάσιν

aderat Collegium eorum, quibus res militaris erat curae. In sex classes idem partiebatur, quarum singulis peculiaria quaedam tribuebantur officia, inter quae illud erat eorum, qui bobus praeerant. Minoribus quibusdam hi utebantur ministris, qui, ad animalia illa fortasse cogenda, sua, ut data occasione pulsarent, habebant tintinnabula. Rursus, ut stratoribus, et machinarum fabris, eorumdemque

ἑξαχῆ διωρισμένη. ὧν τὴν μὲν μετὰ τοῦ ναυάρχου τάττουσι, τὴν δὲ μετὰ τοῦ ἐπὶ τῶν βοϊκῶν ζευγῶν, δι' ὧν ὄργανα κομίζεται, καὶ τροφὴ, αὐτοῖς τε, καὶ κτήνεσι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ χρήσιμα τῆς στρατείας. οὗτοι δὲ, καὶ τοὺς διακόνους παρέχουσι τυμπανιστὰς κωδωνοφόρους, ἔτι δὲ καὶ ἱπποκόμους, καὶ μηχανοποιοὺς, καὶ τοὺς τούτων ὑπηρέτας. ἐκπέμπουσι τε πρὸς κώδωνας τοὺς χορτολόγους, τιμῇ καὶ κολάσει τὸ τάχος κατασκευαζόμενοι, καὶ τὴν ἀσφάλειαν „. Videlicet „ Post urbis praefectos est „ tertium collegium, quod circa rem militarem versatur, ad eumdem modum in quinterniones sex divisum, quorum unum adiungunt classis praefecto: „ secundum ei, qui bobus praeest: quibus instrumenta, et cibaria, et alia militiae necessaria portantur, iidem ministros proebent, qui tympanis, et „ tintinnabulis utuntur: item stratores, et machinarum fabros, et horum famulos, quos pabulatum ad „ tintinnabulum emittunt, praemio, et supplicio celeritatem, et securitatem eos condocefacientes tutela „ illis adhibita „.

tum de somno excitandae , tum ad sua obeunda revocandae munera. Cum autem aedes illae forent amplissimae, tintinnabula quoque isthaec admodum grandia esse debuerunt , et parvis campanis aequipollere. Secus enim aut eadem audita in infimis etiam aedium partibus non fuissent , aut hae debuissent ubique per aliquem perlustrari , quod tamen minime innuit Lucianus, nec alius quispiam.

23. Sic etiam Romae, Seneca teste, signo dato (1), sive a ministratoribus ad inferendam , et parandam coenam, (2) sive „ à structore, vel domino „ ut subiicit Lipsius (3), ad ministeria obeun-

νοσθεῖν , καὶ ἑστάναι , ὁ παλείψαντάγε πρότερον τοὺς βουβῶνας, καὶ τὰς ἰγνύας , εἰ θέλεις διαρκέσαι πρὸς τὸν ἆθλον „ Scilicet „ Adhuc ista cogitas , cum tintin- „ nabulum sonuit , et consuetus vitae tenor servandus „ est : circumeundum est , standum est , unctis prius „ summis foemoribus , poplitibusque , si velis durare „ ad instans certamen „.

(1) „ Transeo pistorum turbam, (inquit Seneca *Epist.* 95. *Opp. To.* 1. vel Part. 1. *pag.* 568. *Ed. Amstelod. an.* 1620.) „ transeo ministratorum , per quos , „ signo dato , ad inferendam coenam discurritur „.

(2) Vide *Adnot.* 1. *p.* 333.

(3) *In Comment.* ad sequentem Senecae locum *N.* 126.

da (1) currebatur. Quodnam boc esset signum, plane reticet Seneca. Idem vel tintinnabulnm, vel tubam fuisse suspicatur Casaubonus (2). „ Trimalcio ille „ Petronianus (inquit Lipsius (3)) sym- „ phonia signum hoc dari curabat „. Ego autem, silente Seneca, qui recensitum pandit morem, de huiusmodi controversia nihil definiri certo posse duco.

24. Recentiori etiam aetate alicubi, ac praesertim in Germania tintinnabula prandio indicendo inserviisse Stuckhius, indeque Pacichellius narrant. „ De cam- „ panis pulmentariis sic dictis (inquit „ postremus (4)) eo quia pauperes et „ mendicos pluribus in locis, apud Ger- „ manos praesertim modernos, ad spor- „ tulas publicas advocarent *Stuckhius* „ (5). Siquidem prandii hora eo pulsu, „ vel inter proceres tubae clangore, aut

(1) „ Quanta celeritate, (idem ait Seneca in *Lib. de brevitate vitae C.* 12. *Opp. To. vel Part.* 2. *pag.* 383.) „ signo dato glabri ad ministeria discurrant „.

(2) *In Commentario in Sveton.*

(3) *Ibidem.*

(4) *In Lucubr. de tintin. Nolano C.* 1. *p.* 23.

(5) *Antiq. convival.* 1. 12.

Meursius (1), hasce nolas, ut eiusdem verbis utar, in locis munitis asservari consuevisse, certosque eis custodes praepositos. „ Solebant enim (sicuti pergit „ (2)) hostes in id incumbere, ut possent (nolas) clam auferre, atque ita „ excubiarum explorationem impedirent, „ vigilibusque ideo securioribus facilius „ urbium, castrorumve per dolum et „ stratagema aliquod potirentur „ . Id nanque nullus ex veteribus innuit scriptoribus, qui excubiarum praefectos habuisse tintinnabula, ut iis sonum ederent, eademque in loricis, quod nos paullo superius (3) ostendimus, praeseferre consueverunt, ut ea motu corporis una simul quaterent. Apud Iccium praeterea portum, quem hodie Caletum ap-

σέταξεν αὐτῷ ἀπό τινος ἐρυμνοῦ χωρίου, ὃ μάλιστα ἐφρουρεῖτο ὑπὸ τοῦ τῶν Ἡρακλεώτων τυράννου, τὸν κώδωνα κατακομίσαι, πειθόμενος, μὴ ἄν ποτε τελέσειν τὸν δὲ τὸν ἆθλον. Ἀντιλέων δὲ κρύφα τὸ φρούριον ὑπελθὼν, καὶ λοχήσας τὸν φύλακα τοῦ κώδωνος καταχαίνει. καὶ ἐπειδὴ ἀφίκετο πρὸς τὸ μειράκιον ἐπιτελέσας τὴν ὑπόσχεσιν, ἐν πολλῇ αὐτῷ εὐνοίᾳ ἐγένετο, καὶ ἐκ τοῦδε μάλιστα ἀλλήλους ἐφίλουν „.

(1) *Exerc. critic. Part. 2. l. 2. C. 9. Opp. Vol. 5. Col. 621.*

(2) *Ibidem.* (3) *Superiori* §. 7. *p.* 314.

pellant in Gallia aetate sua saeculo scilicet XVI. desinente, ac XVII. ineunte non aliter praesertim in excubiis consuevisse tradunt Hospinianus (1), et Sweertius (2), qui eumdem similiter morem „ in aliis locis praesidiariis „ sive „ in arcibus custodiendis „ quemadmodum idipsum confirmans inquit Josephus Laurentius Lucensis (3), cui plane concinit Lipsius (4), quoque obtineri adiiciunt. Atque id non alia certe de caussa, nisi ut, qualibet ingruente vi, tintinnabuli sono hujus rei significetur indicium, perinde ac „ per universam Belgicam . . . . . Civili bello „ suo aevo servatum fuisse idem subiicit Sweertius (5). Quod probat etiam Meursius (6) narrans, in eius insula Vornensi campanas è turribus fuisse ab insu-

(1) *De templis l. 2. C. 26.*

(2) *In Notis ad loc. cit. Magii.*

(3) *Loc. cit. C. 4. Col.* 1470.

(4) *De Militia Rom. l. 5. Dial. 9. Opp. To. 3. p.* 177. , ubi haec habet „ Hodie (de Vigilibus tintinnabulo explorandis loquitur) „ prorsus exolevit „ et in „ arcibus plerisque ad campanulam vigiliae excitantur „..

(5) *Ibidem.* (6) *Rer. Belg. L. 3. et 6. Opp. Vol.* 10. *Coll. 64. et* 320.

lanis undique detractas anno 1172., quo cum Hispanis bellum gereretur, et, Brila capta, alia insulae oppida et loca quoque armis subiicere iidem minitarentur.

12. Vehementer autem falluntur Hadrianus Junius (1), et Franciscus Sweertius (2), quod merito idcirco illi exprobrat Dukerus (3), dum ipsis veterum Ethnicorum temporibus hunc eumdem imminentis vis tintinnabulo indicandae adsciscunt morem. Hac siquidem de re olim, non quidem tintinnabula, quae nemo idcirco memorat, sed nunc adhibitae sunt (4) faces, cujus indicii omne inventum vel (5)

(1) „ Similiter si qua vis ingrueret, (inquit *Animadversorum l. 3. C. 11.*) „ *campani aeris tinnitu* „ *indicium eius rei dabatur olim* „.

(2) *Ibidem*, quo in loco eadem repetit Hadriani Junii verba.

(3) Consulatur §. 15. *huius capitis pp.* 325. *et* 326., ubi Dukeri afferuntur verba.

(4) Id perhibent Homerus *Iliad. l. 6.*, Apollonius *Argonaut. l. 4.*, *Dionysius l. 5.*, *Statius Thebaidos l. 8. v. 268.*, *Polyaenus stratagemat. l. 6. C. 2.*, *Frontinus l. 3. C. 12.*, Plutarchus in *Camillo*, alique tum *sequ. Adnot.*, tum *p.* 322. *Adnot.* 1. *et* 2. memorandi.

(5) Ita existimavit Plinius *Hist. Nat. l. 7. cap.* 57. *vel potius* 56. *To.* 2. *p.* 101. Quod tamen inde ortum fuisse putat Lipsius *loc. cit. pag.* 178., quod facem à Sinone sublatam fuisse plures veteres tradunt scripto-

Sinoni, vel (1) Palamedi tribuitur, eaedemque non raro (2) e stipitibus factae, ac elevatae concutiebantur, cum vicinis aut sociis hostium significaretur adventus, immotae autem, et quietae ferebantur, seu etiam tollebantur, cum auxiliarium copiarum innueretur accessio; nunc (3) fumo interdiu, flammis vero noctu; nunc etiam ignibus, iisdemque vel ad proximam tum (4) praedonum, tum (5) hostium indicandam invasionem, vel (6) ad opportunum rei gerendae significandum tempus veteres olim utebantur.

res, cuiusmodi sunt prae aliis Q. Calaber. *l.* 13., et Tryphiodorus *in excidio Troiae*.

(1) Hoc inventum Palamedi adsciscunt tum Sophocles In *Tragoed.*, tum Alcidamas in *Orat. in Palamedem*, tum Gorgias *in Oration.*

(2) Id tradit vetus scholiastes Thucydidis; indeque Suidas in *Lexicon V.* Φρυκτοί.

(3) Ita post Virgilium *Aeneid. l.* 6., et Curtium *l.* 5. *C.* 2. testantur Vegetius *de re militari l.* 3. *C.* 5., et Frontinus *l.* 2. *C.* 5., *et l.* 3. *C.* 12.

(4) Tullius *Orat.* 5, *in Verrem Opp. Vol.* 3.

(5) Caesar *Belli Gallici l.* 2., Lucanus *Pharsalid. l.* 6., Diodorus *l.* 19., Dionysius Halicarnass. *l.* 8., Thucydides *l.* 3. *et* 8., Ammianus *l.* 18.

(6) Thucydides *l.* 4., Polyaenus *l.* 1. C.32., *et l.* 6. *C.* 2., Livius *l.* 4. *C.* 27., *et l.* 46. *C.* 47., Arrianus *l.* 4., Plutarchus in *Camillo*, et in *Fabio*.

X 2

13. At enim Livii (1), Statii (2), et Dionis (3) Hadrianus Junius (4) affert loca, ex quibus Ethnicum tintinnabulorum hac de re colligi contendit usum.

14. Sed perperam. Livius enim nonnisi aeris in praeliis ad terrendos hostes, non secus ac in lunae defectu fieri solebat, tinniendi significat consuetudinem. Ita porro ipse integer ejus evidenter ostendit locus,, Praelium (inquit (5)) ,, non solito modo clamore, ac tumultu est ,, ceptum, sed ad alium virorum, equo- ,, rum, armorum sonum disposita in ,, muris Campanorum imbellis multitu- ,, do tantum cum aeris crepitu, qualis in ,, defectu lunae silenti nocte cieri solet, ,, edidit clamorem, ut averteret etiam ,, pugnantium animos ,,.

15. Statius autem, cujus testimonio quoque utitur Sweertius (6), non quidem imminentis vis tintinnabuli signo indicandae innuere intendit morem, at solum.

(1) *Histor. l.* 26. *C.* 5.

(2) Tum *Thebaidos l.* 6. *v.* 686., *tum in Achilleide*.

(3) *Lib.* 54. (4) *Ibidem*. (5) *Ibidem*.

(6) *Ibidem*.

modo „ ad opinionem hominum retulit (cujusmodi post Bernartium (1) , caeterosque omnes ejus interpretes eumdem ex Placido Lactantio (2) exponit Joannes Veenhusen (3)) „ quod arbitrentur de-
„ ficienti lunae auxiliari , si aera per-
„ cutiant „ . Sed praeclare, atque ap-
„ posite Dukerus „ Manifestum est (ait
„ (4)), hic a Livio , et a Statio VI. The-
„ baidos 686. *procul auxiliantia gentes*
„ *aera crepant* , indicari a multis anno-
„ tatum morem veterum in defectu lu-
„ nae aera concrepandi ; non doceri ,
„ olim , si qua repentina vis ingrueret ,
„ ejus rei indicium campani aeris tinni-
„ tu datum fuisse : quod scribit Hadr.
„ Junius III. Animadv. XI. Credo ob-
„ versatum fuisse animo illius morem
„ recentiorum temporum repentinas ho-

(1) *In Commentar. ad Vers.*106. *libri* 1. *pagg.* 12. *et* 13. *Edit. Paris. anu.* 1618.

(2) Consulenda quoque sunt , quae hausta sx eodem Lactantio *ad cit. vv.* 686. *et* 687. *pag.* 294. *et* 295. *cit. Edit.* habet Cruceus .

(3) *Ad cit. vv.* 686. *et* 687. *p.* 545. *Ed. Lugd. Batav. an.* 1671.

(4) *In Not. ad cit. Livii locum To.* 3. *p.* 1060. *Ed. Amstelod. an.* 1740. ,

„ stium incursiones sonitu campana-
„ rum ex turribus templorum signi-
„ ficandi „.

16. Sic etiam Dio Coccejus (1) non jam praesidiariorum militum perhibere voluit morem, ut innuere videtur Hadrianus Junius (2), sed tintinnabuli duntaxat in templis, seu locis sacris apud veteres Romanos usum.

17. Illa demum alia, quae idem subiicit Junius (3), item ex Statio (4) hausta nimirum

„ Paullumque exercita pulsu
„ Aera tacent „

nihili plane in re nostra duci debent. Quoniam enim is „ loquitur (quemadmodum ipse fatetur Junius (5)) „ de sacris
„ Bacchi trietericis, quae nocturno no-
„ larum, tintinnabulorumque pulsu per-
„ strepebant „ illa idcirco aliena quam maxime ab ipso Junii scopo sunt.

18. Apud Assyrios Regem rei alicujus tinnitu excitari quotidie consue-

(1) *Lib.* 54. Ipsa Dionis verba exscripta legi possunt *pp.* 175. *et* 176. *Adnot.* a.

(2) *Loc. cit.* (3) *Ibidem.* (4) *In Achilleide.*

(5) *Ibidem.*

visse narrat Scriptura „ Quod videntes „ exploratores, (inquit (1)) ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt. Porro hi, qui in tabernaculo erant, venientes, et ante ingressum cubiculi pertrepentes, excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed a sonantibus Holofernes evigilaret. Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando, aut intrando aperire „. Eo Assyriorum regum superbia devenerat. Sed et istorum illud proprium erat, ut et alios per cortinam duntaxat adloquerentur (2), cujusmodi et (3) Persa-

(1) Judith *Cap.* 14. *vv.* 8. 9. *et* 10.

(2) De Assyriorum regum superbia haec tradit Cornelius à Lapide in *Comment. in Judith. ad Cap.* 14. *ad v.* 13. *p.* 127. *Ed. Antuerpien. an.* 1693. ad ea verba *Tunc ingressus Vagao cubiculum eius stetit ante cortinam.* „ Adeo enim Principes Assyriorum et Persarum „ (inquit) servabant suam gravitatem, et majestatem, „ ut nonnisi per cortinam loquerentur; darentque „ responsa, uti etiamnum faciunt Reges Sinarum. Unde Athenaeus *l.* 4. *C.* 6. ex Heraclide tradit, principes invitatos a Rege Persarum ad convivium, in eodem cubiculo cum eo coenasse, sed, interiecto velo, ita ut ab eis videri non posset, cum ipse eos „ facile videret „. Adeunda etiam est *Adnot.* 1. *p.* 327.

(3) Consulatur *Superior. Adnot.*

rum, atque (1) Medorum reges consueverunt. Quem porro morem ad ipsum Sinarum regem recentiori aetate pertransiisse tradit Cornelius a Lapide (2).

19. Apud Indos autem, teste Strabone (3), praeter urbis praefectos tertium

(1) Iam panditam Assyriorum regum consuetudinem repetens, et confirmans Calmetus *in Comment. litterali in omnes libros vet. et nov. Testam. To. 3, in l. Judith. ad C. 14. vv. 9, et 10., pag. 451. Ed, Lucen. an.* 1732., ab oadem illam Medorum regis ne minima quidem ex parte abfuisse probat. „ Vulgata *w.* 9. 10. „ (ait) hoc pariter non spernendum animadvertit, „ quod frustra in Graeco, et Syro quaeras, nefas esse „ scilicet, excitari imp. Assyriorum pulsando, sed „ confuso potius strepitu excitandum. Officii pariter „ apud nos est, né fores aedium virorum Principum „ pulsentur. sed leniter tentantur fores. Medorum „ rex Dejoces vetuit, teste Herodoto (Apud Athen. „ *l.* 4. C. 10. ita de eo loquitur Ὁ *βασιλεὺς ἐκείνους ὁρᾷ* „ *δια τοῦ παρακαλύμματος τοῦ ἐπὶ τῇ θύρᾳ ἐκεῖνοι* „ *δ' αὐτὸν οὐκ ὁρῶσιν*) ne quis ad se accedere auderet, neque alloqui nisi per interpretem, neque os „ intueri, neque videre, neque expuere, quicumque „ tandem ille eset. Obsequium denique regum Orientis „ eo superbiae devenerat, ut ad cultum religiosum „ saepissime pertingeret. Paulo inferiores Regibus ho„ nores Holofernes sibi arrogabat „.

(2) *Loco citato* et exscripto *p.* 326. *Adnot.* 2.

(3) *Rerum Geographicarum l.* 15. *p.* 708. *veteris Edit. Casaub. et p.* 1035. *novae Ed. To.* 2. loquens de Indis ait „ Μετὰ δὲ τοὺς ἀστυνόμους τρίτη ἐστὶ συναρχία ἡ περὶ τὰ στρατιωτικά, καὶ αὕτη ταῖς πεντάσιν

aderat Collegium eorum, quibus res militaris erat curae. In sex classes idem partiebatur, quarum singulis peculiaria quaedam tribuebantur officia, inter quae illud erat eorum, qui bobus praeerant. Minoribus quibusdam hi utebantur ministris, qui, ad animalia illa fortasse cogenda, sua, ut data occasione pulsarent, habebant tintinnabula. Rursus, ut stratoribus, et machinarum fabris, eorumdemque

ἐξαχῆ διωρισμένη. ὧν τὴν μὲν μετὰ τοῦ ναυάρχου τάττουσι, τὴνδὲ μετὰ τοῦ ἐπὶ τῶν βοϊκῶν ζευγῶν, δι' ὧν ὄργανα κομίζεται, καὶ τροφὴ, αὐτοῖς τε, καὶ κτήνεσι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ χρήσιμα τῆς στρατείας. οὗτοι δὲ, καὶ τοὺς διακόνους παρέχουσι τυμπανιστὰς κωδωνοφόρους, ἔτι δὲ καὶ ἱπποκόμους, καὶ μηχανοποιοὺς, καὶ τοὺς τούτων ὑπηρέτας. ἐκπέμπουσι τε πρὸς κώδωνας τοὺς χορτολόγους, τιμῇ καὶ κολάσει τὸ τάχος κατασκευαζόμενοι, καὶ τὴν ἀσφάλειαν „. Videlicet „ Post urbis praefectos est „ tertium collegium, quod circa rem militarem ver„ satur, ad eumdem modum in quinterniones sex di„ visum, quorum unum adiungunt classis praefecto: „ secundum ei, qui bobus praeest: quibus instru„ menta, et cibaria, et alia militiae necessaria portan„ tur, iidem ministros proebent, qui tympanis, et „ tintinnabulis utuntur: item stratores, et machina„ rum fabros, et horum famulos, quos pabulatum ad „ tintinnabulum emittunt, praemio, et supplicio cele„ ritatem, et securitatem eos condocefacientes tutela „ illis adhibita „.

famulis, qui sibi subiiciebantur, illi ad pascendum exeundi tempus indicerent, tintinnabuli utebantur signo.

20. Disciplinarum magistros, quibus veteres utebantur Persae, ante lucem ad arma, et venationem tintinnabuli sono excitari, et cogi consuevisse, memoratus tradit Strabo (1).

21. Ipsum quoque Romanum populum olim ad legem sanciendam tintinnabuli sono cogi consuevisse confidenter asserit Franciscus Accursius (2). Quippe qui nulli plane innititur antiqui seu monumenti, seu scriptoris auctoritati. Ac praeterea quoniam non-

(1) *Cit. lib. 15. pag. 734. veteris Edit. Casaub. et pag. 1066. novae Edit.* „ Διδασκάλοις τε λόγων (inquit) τοῖς σωφρονεστάτοις χρῶνται, οἳ καὶ τὸ μυθῶδες πρὸς τὸ συμφέρον ἐπανάγοντες πλέκουσι, καὶ μέλους χωρὶς, καὶ μετ᾽ ᾠδῆς, ἔργα θεῶν τε, καὶ ἀνδρῶν τῶν ἀρίστων ἀναδιδόντες. Συνάγουσι δ᾽ εἰς ἕνα τόπον ψόφῳ χαλκοῦ πρὸ ὄρθρου, διεγείροντες ἐπὶ ἐξοπλισίαν, ἢ θήραν „. Nimirum „ Disciplinarum Magistris continentissimis utuntur; qui et fabulas ad utilitatem accomodatas intexunt, cum cantu, et sine cantu Deorum, et clarorum virorum facta celebrantes. Congregant eos in unum locum, aeris sonitu ante lucem excitatos ad arma, aut venationem „.

(2) *In Instit. de Jure nat. gent. et civil.* §. *Constat autem*.

nisi praeconis voce, Livio (1), Plauto (2), et Appiano (3) perhibentibus, indicebantur, et convocabantur comitia, ita etiam eadem plane ratione ferebatur lex, qua de re ipsa plane requirebatur comitiorum convocatio. Quamobrem à Marco Antonio Surgenti (4), et à Pacichellio (5) merito reprehenditur Accursius.

22. Tintinnabula etiam in divitum domibus antiquitus mirifice inserviebant, perinde ac luculenter perhibet Lucianus (6), plurimae familiae tum cogendae,

(1) *Dec. 3. l. 7.* (2) *In Poenulo.*

(3) *Bell. Civil. l. 4.*

(4) *In Neapoli illustrata Cap. 11. n. 37. Col. 72. apud Graevium in Thesauro antiquit. et histor. Italiae To, 9. P. 3. Ed. Lugd. Batav.* an. 1723.

(5) *In lucubr. de tintinnabulo Nolano C. 1. p. 21.*

(6) *In Dialogo De Mercede conductis Potentium familiaribus* περι των επι μισθῳ συνοντων *n. 24. p. 680. To. 1.* Ed. *Amstaelod. an.* 1743. ,, Ἕωθέν τε ὑπὸ κώδωνι ἐξαναστὰς, (inquit) ἀποσεισάμενος τȣ̃ ὕπνȣ τὸ ἥδιστον, συμπεριθεὶς ἄνω, ϗ κάτω, ἔτι τὸν χθιζὸν πηλὸν ἔχων ἐπὶ τοῖν σκελοῖν. ,, Nimirum ,, Ut mane ad tintinnabuli sonum surgens, excussa somni ,, parte suavissima, sursum, et deorsum curris, he- ,, sternum adhuc lutum in cruribus circumferens.,, . *Et* ,, *pag. 690. n. 31.* ,, Ἔτι σȣ̃ ταῦτα διαλογιζομένȣ (ait) ὁ κώδων ἤχησε, ϗ χρὴ τȣ̃ ὁμοίων ἔχεσθαι, ϗ περι-

tum de somno excitandae, tum ad sua obeunda revocandae munera. Cum autem aedes illae forent amplissimae, tintinnabula quoque isthaec admodum grandia esse debuerunt, et parvis campanis aequipollere. Secus enim aut eadem audita in infimis etiam aedium partibus non fuissent, aut hae debuissent ubique per aliquem perlustrari, quod tamen minime innuit Lucianus, nec alius quispiam.

23. Sic etiam Romae, Seneca teste, signo dato (1), sive a ministratoribus ad inferendam, et parandam coenam, (2) sive ,, à structore, vel domino ,, ut subiicit Lipsius (3), ad ministeria obeun-

νοσθεῖν, *καὶ ἑστάναι*, *ὅ παλείψαντάγε πρότερον τοὺς βουβῶνας*, *καὶ τὰς ἰγνύας*, *εἰ θέλεις διαρκέσαι πρὸς τὸν ἆθλον* ,, Scilicet ,, Adhuc ista cogitas, cum tintin- ,, nabulum sonuit, et consuetus vitae tenor servandus ,, est : circumeundum est, standum est, unctis prius ,, summis foemoribus, poplitibusque, si velis durare ,, ad instans certamen ,,.

(1) ,, Transeo pistorum turbam, (inquit Seneca *Epist.* 95. *Opp. To.* 1. vel Part. 1. *pag.* 568. *Ed. Amstelod. an.* 1620.) ,, transeo ministratorum, per quos, ,, signo dato, ad inferendam coenam discurritur ,,.

(2) Vide *Adnot.* 1. *p.* 333.

(3) *In Comment.* ad sequentem Senecae locum *N.* 126.

da (1) currebatur. Quodnam boc esset signum, plane reticet Seneca. Idem vel tintinnabulum, vel tubam fuisse suspicatur Casaubonus (2). „ Trimalcio ille „ Petronianus (inquit Lipsius (3)) symphonia signum hoc dari curabat „. Ego autem, silente Seneca, qui recensitum pandit morem, de huiusmodi controversia nihil definiri certo posse duco.

24. Recentiori etiam aetate alicubi, ac praesertim in Germania tintinnabula prandio indicendo inserviisse Stuckhius, indeque Pacichellius narrant. „ De campanis pulmentariis sic dictis (inquit „ postremus (4)) eo quia pauperes et „ mendicos pluribus in locis, apud Germanos praesertim modernos, ad sportulas publicas advocarent *Stuckhius* „ (5). Siquidem prandii hora eo pulsu, „ vel inter proceres tubae clangore, aut

(1) „ Quanta celeritate, (idem ait Seneca in *Lib. de brevitate vitae C.* 12. *Opp. To. vel Part.* 2. *pag.* 383.) „ signo dato glabri ad ministeria discurrant „.

(2) *In Commentario in Sveton.*

(3) *Ibidem.*

(4) *In Lucubr. de tintin. Nolano C.* 1. *p.* 23.

(5) *Antiq. convival.* 1. 12.

„ alio musico instrumento vario tem-
„ pore, et in praesens alicubi desi-
„ gnata „.

25. Veteres autem Hebraei, si credendum Braunnio (1) sit, qui tamen Codici Hebraico *Niddah* innititur, alia omnino de caussa „ in aedibus habe-
„ bant sua tintinnabula, (scilicet) ad
„ abigendos domesticos procul à thala-
„ mo, si forte vir solus cum uxore
„ rem habere vellet „,

26. Ast „ in aula regum Persarum (veluti tradit Calmetus (2), ac nos alibi (3) etiam innuimus) „ nemo con-
„ clavia ingrediebatur, nisi dato prius
„ ea de re indicio, non aliquid pulsan-
„ do, seu voce, sed rei alicuius tinni-
„ tu, vel sono „.

27. Romae vero in foribus aedium, ut hodie quoque fieri solet, antiquitus item apponi consuevisse tintinnabula, res est

(1) *Vestitus Sacerdotum Hebraeorum lib.* 2. *cap.* 5. §. 424. *pag.* 455.

(2) *In Dictionario sacrae Scripturae art. Tintinnabula To.* 2. *p.* 473. *col.* 2.

(3) *C.* 1. §. 15.

indubia. Cum enim, ostiis exceptis aedium (1) tribunorum plebis, ac (2) eorum, qui consulatum, muneraque appetebant publica, necnon (3) recentiori aevo imperatorum, quae noctu diuque omnibus, et maxime indigentibus tanquam portus, et perfugium ad eorum excipiendas, atque sublevandas querelas adaperta patebant, caeterae quidem omnes aliarum domorum fores (4) licet

(1) Ita perhibet prae aliis Plutarchus *in Problem.* 81.

(2) Id colligitur tum ex Tullio *de Petitione Consulatus Opp. vol.* 10. Q. fratri suo insinuans, ut aditus diurni, atque nocturni paterent, tum ex Martiali *in Epigramm. l.* 1. *Epigr.* 71.

(3) Id praesertim de Vespasiano narrant tum Dio *in Histor.*, tum Philostratus *in Imag.*

(4) Id tum ex Plauti loco, qui *sequenti Adnotatione* affertur, clare aperteque patet, tum etiam ex more illo, cuius vi olim apud Romanos, Livio *Dec.* 1. *lib.* 6. *Cap.* 34., Plinio *nat. Hist. l.* 7. *C.* 30., Statio *Sylvar. l.* 1., et L. Floro *rer. Roman. l.* 1. *C.* 26. perhibentibus, tum cum Consul, vel major quidam alius Magistratus aedes aliquas esset ingressurus, eiusdem Lictor, perinde ac eius significaret adventum, et domi manentes moneret, ut debitus illi deferretur honos, antea forem virga percutiebat. Id siquidem probat, vel domorum januas fuisse patulas, vel ita leviter obseratas, ut minimo etiam impulsu possent aperiri, adeo ut easdem diu a caeteris pulsari Romae antiquitus nullimode consueverint. Et revera „ lictor Servii Sul-

interdiu vel neutiquam, vel ita leviter occluderentur, ut vix exterius quodammodo

„ picii (Tribuni militum, veluti *loco cit.* narrat Livius) „ cum is de foro se domum reciperet, forem, „ ut mos est, virga percuteret, ad id moris ejus in„ sueta expavit minor (soror) Fabia „ quae certe moris illius minime insueta non expavisset, si fores diu communiter pulsarentur. Sin autem pulsabantur, aut neutiquam, aut omnino eae non obserabantur, atque omnibus vel penitus, vel quodammodo, leviter in easdem facto impetu, patebant. Id ipsum præterea mirifice ostendunt janitores sive ostiarii, ac interdum, sed rarius janitrices, et de quibus fuse lateque disseruit Gaspar Sagittarius in *Libro de Januis veterum Capp.* 16. *et* 20., a ditioribus civibus idcirco aedium suarum januis custodiendis destinati, ne, illis patentibus, quilibet easdem lubitu suo ingrederetur. Præcipuum namque illorum custodum munus, cui ne quodammodo deessent, comes etiam iis quandoque adjiciebatur canis ostiarius dici solitus catenis devinctus, et de quo *Cap.* 21 idem egit Sagittarius, in eo versabatur, ut ab iisdem, antequam ingrederentur, exterius advenientes sciscitarentur, utrum dominus esset nec ne domi. quod seu affirmabant, seu negabant, vel prout se res habebat, vel prout ei probari cognoverant. Indignos item, et importunos à foribus arcebant, ac si qui, iisdem aut adversantibus, aut ignorantibus, in ipsas aedes adhuc intrare conarentur, verbis non modo, sed ipsa etiam, si opus fuisset, vi, atque verberibus eos persequebantur, ac inde dimovebant. Quod si die quoque Romae penitus obserari consuevissent januae, minime invecti essent janitores, vel ii saltem illis duntaxat, tum cum pulsarentur, aperiendis fuissent destinati. Quamobrem vehementer fallitur Sagittarius, qui *cit. Cap.* 16. §. 1. asserit

perculsae aperiri ab omnibus possent, noctu tamen, ut prae aliis perhibent

„ Potentiorum domos apud Romanos plerumque fuisse „ clausas „. Locus nanque Senecæ ab eius Epistola XLIII. petitus, cui Sagittarius innititur, eidem nullatenus adstipulatur. Sic enim *ibidem* loquitur Seneca *Opp. cit. To. vel Part.* I. *p.* 339. „ Rem dicam, ex qua mores aestimes nostros, vix quemquam invenies, qui possit „ aperto ostio vivere. Janitores conscientia nostra „ non superbia opposuit. Sic vivimus, ut deprehendi „ sit subito aspici „. Ne aliter siquidem, ac sui aevi ferret mos a probatissimis scriptoribus assertus, aut ne repugnantia Senecam scripsisse dicatur, quin imo si eiusdem hactenus exscripta probe perpendantur verba, is vel de nocte duntaxat disserere voluit, qua potius quam die, ut tutius atque occultius fiat, vitiis, et libidinibus, quas insectatur, solet indulgeri; vel etiam tum nocturnum, tum diurnum idem spectavit tempus, nocturnum quidem, cum clausas asserit januas, diurnum, cum janitorum memorat inventum, qui porro idcirco fuerunt invecti, et adhibebantur, ne quis, januis vel apertis, vel non plane occlusis, intimiores aedium partes lubitu suo et improviso, ipsis seu invitis, seu ignorantibus dominis, penetrare posset. Ille idem porro, qui Romae obtinebat, mos Rhodi quoque antiquitus viguit. Tum cum enim Cn. Pompeius, confecto Mithridatico bello, Rhodum venisset, ex Syria decedens, et cum audire vellet Posidonium, atque „ cum audivisset (quemadmodum refert Tullius *Tusc. quæst l.* 2. *C.* 25. *Opp. Vol.* 8. *p.* 482.) „ eum graviter esse ægrum, quod vehementer eius artus laborarent, voluissetque nobilissimum philosophum „ visere „ ipsas eius petiit aedes. Sed Pompejus, quemadmodum, concinente Solino *Polyhistor. Cap.* 7. *loc. cit.* testatur Plinius „ intraturus Posidonii sapientiæ

Plautus (1), Gellius (2), Petronius (3), et Seneca (4), constanter clauderentur, qua ratione aliquis ingredi potuisset, nisi adventus sui aliquod daret quodammodo signum?

26. Hac autem quoque de caussa tintinnabula reapse apud veteres fuisse in more nobis apertissime testatur Se-

„ professione clari domum, fores percuti de more à „ lictore vetuit, et fasces literarum januae submisit „ is, cui se Oriens, Occidensque submiserat „. Domus nanque Posidonii fores nisi vel fuissent omnibus patulae, vel ita leviter clausae, ut vix impulsae à quolibet aperirentur, eaedem à Pompeij lictore pulsandae plane fuissent. Secus enim eas ille ingredi nequivisset.

(1) *In Mostellar. Act.* 2. „ Sed quid hoc (ait) oc„ clusa janua? Est interdiu „.

(2) *Noct. Atticar. l.* 6. *C.* 10. ubi philosophi Tauri de Romanis loquentis referens verba sic ait „ At nunc, „ inquit (nempe Taurus), videre est philosophos ultro „ currere, ut doceant, ad fores juvenum divitum, „ eosque ibi sedere, atque opperiri prope ad meridiem, „ donec discipuli nocturnum omne vinum edormiant „. Quibus verbis, somni tempore fores illas esse clausas, manifeste innuitur. Si enim eaedem fuissent apertae, philosophi minime ad eas opperissent, sed ipsas ingressi essent domos.

(3) *In Satyricon*, cuius à nobis exscribuntur verba §. 31. *pag.* 345.

(4) *Cit. Epist.* 48., cuius locum pag. 337. ibique in *Adnot.* attulimus, et, germano eius pandito sensu, exposuimus.

neca „ Quid miser (inquit (1) expavescis „ ad clamorem servi, ad tinnitum aeris, „ ad januae impulsum „? *Tinnitum aeris* profecto a Seneca usurpatum exponens Lipsius sciscitans subiicit (2) „ An „ nolas januis appensas intelligit „? Cum autem Romae jampridem invaluisset mos tintinnabula januis domorum, quae a ditioribus saltem, et nobilibus civibus incolebantur, appendendi, aeris tinnitu nihil certe aliud, nisi tintinnabula significare debuit, et potuit Seneca. Id siquidem luculenter ostendit Svetonius, dum inquit (3) „ seque respondisse: To- „ nantem pro janitore ei appositum: „ ideoque mox tintinnabulis fastigium „ aedis redimivit, quod ea fere januis „ dependebant „.

27. Quae porro ita perspicua sunt, ut recensitum inde colligi usum, nemo sit, qui dubitet. Hujusmodi sane omnes concorditer sentiunt docti, eruditique viri, quales praeter Blasium Ugolinum

(1) *De ira l. 3. C, 35. Opp. To, vel Part. 2. p.* 104.
(2) *In Comment.* ad hunc eumdem Senecae locum *N.* 301. *ibidem*.
(3) *De XII. Caesaribus l. 2, in Octavio C.* 91.

(1), aliosque complures sunt praeclaclariores Svetonii interpretes, Laevinus Torrentius (2) nimirum, Isaacus Casaubonus (3), Samuel Pitiscus (4). „ Januis dependebant (postremus ait (5)) „ tintinnabula in magnatum amplis, et „ spatiosis domibus „. Sed et perinde ac Svetonium, Senecam (6) quoque, ut nos nuper (7) innuimus, ipsum spectare id voluisse prae ceteris plurimis et Josephus Laurentius Lucensis (8), et idem Pitiscus (9) luculentissime indicant, tum cum in hujus, de quo res est, moris confirmationem illum eumdem a nobis paullo supra (10) recensitum afferunt locum.

28. Ipsis etiam veterum Batavorum

(1) In Opere cui titulus *Sacerdotium Hebraicum C. 13. in Thesauro Antiquit Sacrar. vol. 13. p. 320.*

(2) *In Comment. ad loc. cit. Svetonii N.* 61 ad ea verba *Januis dependebant Svetonii Opp. To.* 1. *p.* 268. *Edit. Trajecti ad Rhenum an.* 1708.

(3) *In Comment. ad loc. cit. Svetonii* ad ea verba *Quod ea fere januis dependebant ibidem.*

(4) *In Commentar. ad loc. cit. Svetonii N.* 11. ad ea verba *Januis dependebant Opp. Svetonii To.* 1. *p.* 351. anni 351. *Ed. Leovardiae annt* 1714.

(5) *Ibidem.* (6) *Loc. cit.* (7) *Superiori* §. 26.

(8) *Loco cit. C.* 4. *Col.* 1470. (9) *Ibidem.*

(10) *Cit.* §. 26.

aedium foribus olim alligata fuisse tintinnabula, nulli tamen argumento fretus, asserit Johannes Smetius (1), eorumque aliqua in privato suo Museo existere credit.

29. Domorum autem foribus ideo antiquitus appendebantur tintinnabula, ut eorum „ tinnitu (veluti ait Ugoli- „ nus(2))Janitores evocarentur„seu,quemadmodum clarius inquit Torrentius (3), „ ut eorum nempe sonitu janitores, „ qui (4) catenis vincti januas servabant, „ excitarentur „.

(1) *In Antiquitat. Neomagen. p.* 154.
(2) *Ibidem.* (3) *Ibidem.*
(4) Veteres aedium janitores,quibus eae,veluti prae aliis innuunt Plautus tum in *Aul. Act.* 1. *Sc.* 2.,tum in *Most. Act.* 2. *Sc.* 2.,tum in *Asinar. Act.* 2. *Sc.* 2.,etTerentius in *Eun.*, erant servandae, atque custodiendae, cavendum nimirum iis erat, ne quis easdem sine discrimine ingredi sineretur, qua de re custodes etiam, ut legitur apud Ovidium *Fast. l.* 2., *de arte am. l.* 2., et *Metam. l.* 11. *v.*608., apud Petronium in *Satyric* et apud Corippum *l.*1., appellabantur,et clavis,sicut Apuleius in *Metam*,etS.Petrus Chrysol. *Serm.* 172. praesertim pandunt, ab iisdem cura gerebatur,prope ostia catenis devinci,quod tamen inepte inficiatur Michael Gaspar Lundorpius in opere iescripto *Petroniana Symbola*, et edito sub Georgii Erhardi nomine, olim solitos fuisse Ovidius *Amor. lib.* 1. *Eleg.* 6., Tibullus *in Eleg.*, Antipater *Anthol. l.* 7. *Epigr.* 161., Columella *in Praefat. librorum de re rustica ad Sylvanum*,

30. Qua ratione autem tintinnabula aedium foribus veteres alligaverint, explicat Magius „ Antiqui (ait ipse (1)) an-
„ nulo ferreo, vel aeneo, aut re non
„ absimili exterius affixa, ut hodie
„ etiam fit, et pendula (*Corvum* sive
„ *Cornicem*, ut Julius Pollux testatur,
„ ne alios commemorem, appellabant),
„ uti consueverunt, quam rem me apud
„ Plautum observasse memini. Crede-
„ re etiam par est, huiusmodi annulos
„ consuevisse appendi introrsus eorum
„ Civium foribus, quibus privata lege
„ concessum erat, ut fores, ostiis ape-
„ riendis, exterius, atque in viam ex-
„ plicarentur, qua de re apud Plutarchum
„ in *Publicola*, et apud Aristotelem in
„ *magnis Oeconomicis*. Priscorum ae-
„ des non absimiles fores habuerunt,

Naevius, et Afranius apud Festum *de Verbor. signific.*, Seneca *de Ira l.* 3., ac Svetonius *de illustribus Rhetoribus C.* 3., *et de illustribus Grammaticis* luculenter tradunt, et easdem, simul ac ii manumittebantur, seu Laribus, quemadmodum perhibet Horatius *Serm. l.* 5. *Sat.* 5., seu etiam Saturno, ut narrat Martialis *Epigr. l.* 3. *Ep.* 29., consecrabant.

(1) *In Libro de Tintinnabulis Cap.* 19, *pagg.* 73. *et* 74.

„ unde apud Terentium non semel legas (1), egrediente aliqua persona ex „ aedibus, *fores obstrepuisse*. Antequam enim aperirentur, pulsabantur „ interius, ut qui ante fores in via con„ stitissent, aut illac pertransirent; „ sibi caverent: quod (2) doctis viris „ observatum est. Quanquam cardini„ bus aeneis, qui aperiendis foribus „ stridebant, juxta illud poetae, *Car„ do stridebat ahenus*, strepitus ille „ fortasse adscribi potest; in qua re „ non magnopere laboro „. Etenim Romae olim, veluti perhibet Plutarchus (3),

(1) Tum de hoc Terentii, tum de alio fere simili Plauti loco disserens M. Antonius Muretus *Var. lect. l.* 1. *C.* 17. ita subiicit „ Quaesitum est ex me, cur in Plau„ ti, ac Terentii fabulis nunquam fere quisquam „ egrederetur domo, ut non antea crepuisse fores di„ cerentur. Respondi, eas fabulas è Graeco conver„ sas esse, idcircoque quarumdum consuetudinum, „ quibus olim Graeci usi essent, impressa in eis ex„ tare vestigia „.

(2) Id olim observavit Plutarchus loco *sequenti Adnot.* citando, ac deinde, ut caeteros complures ego praeteream, M. Antonius Muretus *loco citato*.

(3) *In Vitis Parallelis T.* 1. *in Poplicola p.* 195. Sed fuse de hoc Graecorum more disseruit Gaspar Sagittarius in *Libro de Januis Veterum C.* 22. §§. 2. *et seqq.*

aedium januae in aperiendo introrsum trahebantur, at devictis Sabinis, et triumpho de iisdem publice acto, M. Valerium, nec non eius fratrem Poplicolam ex peculiari quadam praerogativa obtinuisse (1) tradit, ut eorum domus publicis sumptibus in praecipua parte Palatii aedificatae fores duntaxat in viam publicam pellendo aperirentur, ut insueti huius honoris concessione significaretur, domum illam rebus publicis curandis quotidie constanter studere; quod tamen in Graecia quondam communiter consuevisse (2) adiicitur, ita ut quaelibet omnium aedium fores hoc postremo modo panderentur, exterius nimirum reiicerentur. Tintinnabulis in aedium foribus suffectum recentiori aetate fuisse orbem illum aeneum iisdem

(1) *Ibidem*. Eadem praeter Plutarchum plane perhibent Dionysius Halicarn. *Antiquit. Rom. l.* 5., et Plinius *Natur. Hist. l.* 36. *C.* 15: , qui postremus narrat, hunc eumdem honorem concedi etiam consuevisse invictis illis imperatoribus, quibus publico decreto areae ad aedificandas domos donabantur; ac tandem, veluti adiicit. „ Hoc erat clarissimum insigne inter triumpha- „ les quoque domos „.

(2) *Ibidem*.

pulsandis idoneum subiicit Laurentius Lucensis (1). Nec ubique tamen, nec in omnibus foribus hic idem constanter adhibetur orbis. Quoniam in iis adhuc hodie plerumque obtinent tintinnabula, non quidem plura, sed unum.

31. Cum quis autem ad fores pulsaret, sciscitabatur antiquitus, non modo quis esset ille, qui foris pulsaret, sed quot essent, idque maxime noctu „ Et „ jam plena nox erat (ait Petronius (2)) „ mulierque coenae mandata curaverat, „ cum Eumolpus ostium pulsat, inter- „ rogo eos; quot estis „ ?

32. Graeci vero tintinnabulis hac de re certe non utebantur. Apud eos siquidem domorum januae ab ingressuris exterius pulsabantur, malleis etiam ibidem appensis. „ Et sane in alienas aedes (ait Plutar- „ chus (3)) non est mos ingredi quem- „ quam, nisi prius pulsarit fores: quan- „ quam nunc adhibentur janitores, olim

(1) *Loco cit. C. 4, Col. 1470.*

(2) *In Satyr.*

(3) In Opusculo, ac titulos περὶ πολυπραγμοσύνης i. e. *De curiositate Opuscul. To. 2. p. 917. cit. Ed. Paris. an. 1572,* „ Καὶ τοὶ μὴ κόψαντα γε θύραν (inquit)

„ mallei, circulive pensiles illisi fori- „ bus efficiebant, ut sentiretur ingredi „ volens, ne matrem familias alienus „ in medio deprehenderet; aut virgi- „ nem, aut vapulantem famulum, aut „ clamantes ancillas „.

33. Lacones autem januas aedium non pulsare, sed ingressuros foris clamare consuevisse, idem perhibet Plutarchus „ Mos apud ipsos erat (inquit „ (1)) domorum januas non pulsare, „ sed foris vocare „.

34. Tintinnabula quoque in hortis, et sylvis à veteribus praesertim Romanis, caeterisque Italiae populis ob eas a furibus et avibus, rapacibusque volucribus tuendas adhibebantur. Cum enim

εἰς οἰκίαν ἀλλοτρίαν ὀ νομίζεται παρελθεῖν, ἀλλὰ νῦν μὲν εἰσὶ θυρωροὶ, πάλαι δὲ ῥόπτρά κρυόμενα πρὸς ταῖς θύραις αἴσθησιν παρεῖχεν, ἵνα μὴ τὴν οἰκοδέσποιναν ἐν μέσῳ καταλάβῃ ὁ ἀλλότριος, ἢ τὴν παρθένον; ἢ κολαζόμενον οἰκέτην, ἢ κεκραγυίας τὰς θεραπαίνιδας „.

(1) In Opusculo inscripto Τα παλαια των Λακεδαιμονιων ἐπιτηδευματα i. e. *Vetera Laconum instituta Opusculorum To. 1. pag.* 425. „ Ἔθος ἦν αὐτοῖς (ait) μηδὲ κόπτειν τὰς αὐλείους θύρας, ἀλλ' ἔξωθεν βοᾶν „.

utrisque arcendis Priapus praeesse, veluti tradunt Virgilius (1), Catullus (2), et Horatius (3), antiquitus vulgo crederetur, illis in locis Priapi Statuae seu marmoreae, seu etiam ligneae, Martiale (4) perhibente, ponebantur, ac eidem unius, vel alterius manus digitis tintinnabulum appendi solitum fuisse, ut primo ipso, aut avium, aut rapacium volucrum, aut furum aduentu iidem agitati sonarent, et monerentur ita custodes, monumentum a Montfaucono (5) allatum evidentissime probat. Quoniam ab eo refertur Priapus, qui veluti ait (6) „ laevam manum in latus immittit, „ dexteraque extensa tintinnabulum te„ net, cujus sonitu, irrumpente fure, „ aedium habitatores excitet „. Ac licet „ hinc (7) satis cautionis adhibitum „ fuisse putarent, si posset ad opem

(1) *Georgic. l. 4.* (2) *Ep. 20.* (3) *Satyr. l. 1. Sat. 8.*

(4) *Epigramm. l. 3. Epig. 58.*, *et l. 6. Epigr. 72.*, *et l. 8. Epigr. 40.*

(5) *Supplement au livre de l'antiquité expliquée To. 1. l. 4. C. 10. n. 2. Planch. 66. Schem. 1. pag. 170.*

(6) *Ibidem.* (7) *Ibidem.*

" excitare inquilinos , vernas , alios- " que " huiusmodi tamen custodem ; scilicet Priapi statuam, quanvis tintinnabulo instructum plane inutilem fuisse merito idem observat Montfauconus (1).

35. Item marmoreum Priapi simulacrum sinistra manu magnum quoddam tenens tintininnabulum , ac e Museo Chisiano haustum affert , et exponit Causeus (2); perinde ac aliud aereis argento quoque ornatis tintinnabulis instructum memorant Auctores *Encyclopediae Methodicae Parisiensis* (3). Hi tamen (4) ad malos removendos

(1) *Ibidem*.

(2) *In Dissert. de Mutini simulacris addita Romano Museo p. 124. Edit. Rom an. 1707. Tab. 2.*, cuius verba praestat hoc in loco exscribere " Ridiculum " sane , (ait) sed eruditum huins monstrosi Dei simulacrum asservatur in Museo Rmi Cardinalis Chigii : " cristam Galli habet ille capiti impositam ; et pen- " dentem e mento, stat ..... , dextera crumenam tenens , " laeva campanam ". Quae idem repetit quoque Causeus in alia dissert. *sur les statues de Priape* addita operi , cui titulus *Le grand Cabinet Roman p. 122. Edit. Amstelod. an. 1706.*

(3) *Encyclopedie Methodique Classe Antiquités To. 2. art. Clochetes p. 90. Ed. Patavinae* , ubi sic legitur " Les clochetes d'un Priape de Portici sont de bron- " ze , damasquinèes en argent ".

(4) *Ibidem* ita pergunt " Apparemment que leur

daemones, Causeus (1) autem ad Bacchum imitandum illud positum fuisse autumant. Qui porro illi vulgari, et communi nuper (2) pandito credendi sensui adversari mihi videntur.

36. Nonnulli demum in Museo Herculanensi (3) cum tintinnabulis exprimuntur Priapi, adeo ut de hactenus recensito minime dubitandum sit more.

37. In Graecia quoque, ut perhibet Pausanias (4), Priapi erant, qui capellarum, et ovium greges, itemque apum alvearia tuerentur. Sed cum is nullam tintinnabuli ab eorum manibus pendentis iniiciat mentionem, nec ego, eo silente, nulloque Graeco praelucente

„ son devoit produire un effet a peu pres semblable a „ celui des clochetes, qu'on attachoit aux boucliers des „ anciens ; ici, elles etoient faites pour inspirer de la „ térreur aux ennemis ; et lá, elles avoient pour „ objet d' eloigner les manvais genies „.

(1) Ibidem paulo infra „ Campanam sinistra manu „ tento, qua forte innuuntur clamores in Bacchi or- „ giis fieri soliti, unde dictus est πρίηπος quasi βρίη- „ πος, idest, *latè sonans*, *clamosus*. Priapus enim „ idem cum Baccho „.

(2) Superiori §. 34.

(3) *Tom. VI. Tab. 96.*

(4) *In Boeotic. l. 9. C. 31.*

monumento, hunc morem apud Graecos invaluisse asseram.

33. In ipsis quoque ludis tintinnabula quodammodo in usu fuisse constat, qualis prasertim fuit Trochus, peculiaris nempe quaedam ludendi, ac exercendi species, sive in publicis gymnasiorum exercitationibus, quemadmodum Horatius (1), et Propertius (2) cum his eum adnumerat, sive in puerorum lusibus, veluti perhibet Martialis (3), sive belli tempore in campo ipso, sicuti adiicit Marcellinus (4), adhiberi solita. Trochus, quemadmodum ejus imaginem nobis repraesentat Hyeronymus Mercurialis (5), amplus quidam circulus erat instar rotae, ut eum appellat Martialis (6), qui radio in transversum latus impellebatur, et cui unus, vel plures, ut in eo, de quo res est, nimirum octo geminis vicibus in quatuor peripheriae

(1) *In arte poetica*, (2) *Carminum l.* 3.

(3) *Epigrammat. l.* 11. *et* 14.

(4) *Rerum gestarum l.* 21.

(5) *De arte gimnastica l.* 3. *C.* 8. Consuli praeterea de trocho prae aliis debet Pitiscus in *Lexic. antiquit. Roman. To.* 3. *Art. Trochus.*

(6) *Epigramm. l.* 14. *Epigramm.* 157.

partes aeque distincti ad sonum tum aures oblectandi, tum homines per viam ambulantes longius monendi caussa edendum, ut ab incursu trochi caverent, inerant annuli, a quorum altero, quemadmodum in eo hactenus hic a nobis memorato cernitur, in summa periphaeriae parte catenae, veluti videtur, parvis quatuor annulis confectae ope ad majorem sive sonitum, sive concentum excitandum parvum pendet tintinnabulum circuli, sive cilindri secati forma configuratum, ac nonnulli praeterea novem, quales hic conspiciuntur, ternis vicibus divisi majoris strepitus caussa mobiles variis circuli peripheriae partibus aequo intervallo invicem distantes infigebantur dentes.

39. Mercurialem quidem falli, ac hactenus proinde recensitum circulum ideo negat esse trochum Fogginius (1),

(1) *In Museo Capitolino To, 4. Edit. Lat. pagg.* 232., et 233. *ac Edit. Ital. pag.* 257. „ Errasse autem (ait) Hieronymum Mercurialem (*de art. gymnast. lib.* 3. *Cap.* 8.) „ existimo, qui circulum cum ferreis dentibus, an„ nulisque, quorum unus cum tintinnabulo, trochum, „ quo veteres ludebant, dixit. Nam huius instru„ menti exemplum a Pyrrho Ligorio Mercurialis acce-

quia ex Ligorio eius figuram ille accepit „ quam se ex forma (veluti ait (1)) „ in vetustissimo atque amplissimo co„ mici vel satyrici poetae monumento „ expressa in via Tiburtina prope Ro„ mam accepisse retulit „ . Cui porro Bacchicum potius instrumentum, quam trochum apte congruisse idem observat Fogginius (2). Verum, ut tanti viri pace, quod sentio, candide, atque libere dicam, ego non satis intelligo, cur hunc, de quo res est, circulum ex mera quadam conjectura, quae deficere qualibet levissima etiam ex caussa potest, accedere tandem veritati debet esse, trochum inficietur, simul ac ex panditis eius characteribus, veluti (3) est patefactum, trochum revera esse constat. Nonne siquidem loco instrumenti Bacchici, aut pue-

„ pit. Tradit vero Ligorius, illud in veteri sarco„ phago Poetae cuiusdam comici seu satyrici prope Ur„ bem in via Tiburtina reperto expressam fuisse. Quid? „ Nonne Bacchicum instrumentum ad Poetam comicum „ sive satyricum aptius congruit, quam trochus „ ?

(1) Mercurialis *loco cit. p.* 166. *Ed. Venetae an.* 1601.

(2) *Loco cit. p.* 233. *Edit. Lat.*

(3) *Superiori* §. 38.

rile, aut bellicum instrumentum vel joci gratia, vel quod alterutro, dum viveret, poeta ille delectaretur, vel quod carminibus suis demum hoc idem is cecinisset, in eius sarcophago exprimi valuit.

40. Ipsis quoque musicis instrumentis ad majorem conficiendam armoniam, sicuti antiquum ostendit anaglyphum a Blanchinio (1) allatum, veteres adiiciebant tintinnabula. Ac apud pervetustos Hetruscos, veluti refert Bonarrotius (2), prae caeteris, quae ad eorum musicam pertinebant, instrumentis tympana etiam in medio perforata lamellis sive crepitaculis, quae parum à tintinnabulis differebant, eadem de re instrui quandoque consueverunt.

(1) *In cit. Dissertat. Tab.* 4. *Fig.* 2.

(2) *In cit. Explicat. et conjectur. ad* Demsterum *de Hetr. reg. To.* 2. *p.* 68.

CAPUT VIII.

De usu tintinnabulorum in bellis.

1. Ad ipsa quoque bella, ut militum incenderentur animi, atque ut hostibus metus, ac terror incuteretur, olim tintinnabulorum patuit usus, quem ad id efficacissimum recte putat Philippus Camerarius (1). Etenim „ constat, (quemadmodum idem inquit (2)) „ ex „ omnibus sensum auditus maxime conturbare animam, et circa eam passiones excitare, in primis autem intellectum terrere, cogitandique facultatem excutere„. Qua de re nec frustra, nec immerito apud veteres mos erat in bellis tum signa undique concinere, tum magnos edere clamores, tum ingenti sive tympanorum, sive tintinnabulorum, sive alterius cuiuslibet sonori demum instrumenti ope suos perterrere hostes.

(1) In Opere cui Titulus *Operae horarum subsecivarum Centuria 1, C. 77.*

(2) *Ibidem p.* 354.

Nec alia profecto nisi ea de caussa Parthos celebre suum, de quo mox (1) erit sermo, in praeliis concutere consuevisse tympanum observat Plutarchus. Etenim ii „ recte adverterunt, (veluti ait (2)) „ ab auditus sensu animum turbari maxime, eiusque occasione ocyssime „ cieri affectus, ac potissimum de statu „ mentem deiici „. Et revera „ eo strepitu (sicut idem immediate subiicit Plutarchus (3)) „ expavescentibus Romanis (qui cum Parthis dimicabant) „ repente abiiciunt armorum integumenta „.

2. A veteribus Hebraeis tintinnabulorum sonitum in praeliis adhibitum esse non patet. Ex *Numerorum* siquidem *libro* (4) constat duntaxat, tubas ab iis clangi consuevisse, tum cum (5)

(1) §§. 7. *et* 8. *pp.* 364. - 367.

(2) *Vitarum comparatarum To.* 2. *in Crasso pp.* 1017. *et* 1018. „ Εὖπως συνεωρακότες, (ait) ὅτι τῶν αἰσθητηρίων ἀκοὴ, ταρακτικώτατον ἐστὶ τῆς ψυχῆς, ϗ τὰ περὶ ταύτην πάθη τάχιστα κινεῖ, ϗ μάλιστα ἐξίστησι τὴν διάνοιαν „.

(3) *Loco cit. pag.* 1118. „ Ἐκπεπληγμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων διὰ τὸν ἦχον, (inquit) ἐξαίφνης τὰ προκαλύμματα τῶν ὅπλων καταβαλόντες „.

(4) C. 10. (5) *Ibid. vv.* 1. *et* 5.

sibi movenda forent castra, et tum cum (1) sibi „ exeundum esset ad bel- „ lum de terra contra hostes „. Atque, ipso appropinquante praelio, solis verbis (2) tum sacerdos ante aciem stans populum, (3) tum duces, universo exercitu audiente, singulas turmas, per quas discurrebant, ad pugnam fortiter, ac impavide committendam excitabant, et hortabantur.

3. Indis regibus ad bella pergentibus, ut narrat Alexander ab Alexandro (4), saepius nulla imago, aut effigies, sed tintinnabula, et tympanum praecedebant. Nulli quidem veteris auctoris testimonio is innititur. Quippe qui Curtii locus, quem innuit ejus Adnotator Tiraquellus (5), à nobis, maxima etiam adhibita diligentia, reperiri non valuit.

4. Ab Indis autem, quibus praeter

(1) *Ibid. v. 9.*

(2) *Deuteronomii C. 20. vv. 2. 3. et 4.*

(3) *Ibidem vv. 5. et seqq.*

(4) *Genialium dierum l. 4. C. 2. To. 1. p. 868. Ed. Lugd. Batav. an. 1673.*

(5) *Nota 11. ad locum cit.* „ Idem (nempe Curtius) „ (ait) eodem libro (scilicet 8), sed alio loco, et „ vide omnino infra eodem capite „.

cymbala, tympana, et crotala nullum aliud adfuisse musicum instrumentum tradit Strabo (1), usque ad Alexandri ea in loca adventum in bellis tympana loco tubarum pulsari consuevisse certo constat. Quoniam id tum Arrianus (2), tum Curtius (3), tum Suidas (4) luculentissime perhibent. Haec vero erant, velut idem refert Suidas (5), tintinnabu-

(1) *Rerum Geographic. l.* 15.

(2) *Hist. Indicae C.* 5. *p.* 559. *Edit. Amstelodam. anni* 1757., cuius ipsa exscribentur verba *pag.* 362. *Adnot.* 2.

(3) *De rebus gestis Alexandri M. lib.* 8. *cap.* 11. *vel* 33. „ Indi (inquit) . . . . . tympana suo more pul„ santes „ Et *ibidem cap.* 14. *vel* 46. „ Post eos (sci„ licet post elephantes Porus) posuerat pedites, ac „ sagittarios tympana pulsare solitos. Id pro cantu „ tubarum Indis erat: nec strepitu eorum movebantur, „ olim ad notum sonum auribus mitigatis „.

(4) *Loco sequenti Adnot.* afferendo.

(5) *To.* 3. *p.* 278. *cit. Ed. V.* σάλπιγξ „ Σάλπιγξιν Ἰνδοὶ ἐ χρῶνται, ἀλλ᾽ ἀντὶ σάλπιγγος αὐτοῖς εἰσὶν αἱ μάστιγες, ἃς ἀποκτυπῦσιν εἰς τὸν ἀέρα. ϗ τύμπανα φρικώδη τινὰ βόμβον ἐξ αὐτῶν ἀνιέντα „ Nimirum „ Indi non utuntur tubis; sed tubae loco „ sunt ipsis flagella: quae cum sonitu per aerem vi„ brant: itemque tympana terribilem quemdam bombum „ emittentia „. *Et p.* 515. *V.* Τύμπανα „ Τύμπανα οἱ Ἰνδοὶ (ait) ἀντὶ σάλπιγγος ταῖς μάστιξιν ἀπέκτυπον εἰς τὸν ἀέρα. Εἶχον δὲ ϗ τύμπανα, φρικώδη τινὰ βόμβον ἐξ ἑαυτῶν ἀνιέντα. ἦν δὲ ἡ κατασκευὴ τοιάδε. Φιτρὸν ἐλάτης κοιλάναντες, ἐνήρμοζον εἰς αὐτὸν

lis introrsum undique referta . Magnus certe ab iisdem edebatur sonus , ac fre-

κώδωνας ὀρειχάλκȣ. τὸ γὰρ στόμα τȣ̃ ἀγγȣ̃ς ταυρείῳ δέρματι περικυτώσαντες , μετέωρον ἔφερον ἐς τὰς μάχας τȣ̃το τὸ τύμπανον. ἐπὰν δὲ θόρυβον πολὺν ἐργάσασθαι ἤθελον, ἢ σημᾶναί τι , καταστρέψαντες ἐπὶ τὸ στόμα τὸ ξύλινον ἄγγος , ἐτίκασσον , οἱ δὲ ἐν αὐτῷ κώδωνες , πολλοί τε ἅμα ὄντες ϗ μεγάλοι , ἔν τε στεγανῷ ἠχȣ̃ντες , ἀσαφῆ τινα βόμβον ἀνέπεμπον ἔνδοθεν . ὅν περ ȣ̓ ῥᾴδιον ἦν τοῖς ȣ̓κ εἰδόσιν ἐπιγνῶναι , τίνος ἦν ὀργάνȣ ἢ θηρίȣ . βρυχήματι γὰρ ἐῴκει „ Scilicet „. Τύμπανα. „ Tympana . Indi tubae loco flagellis in aere vibratis strepitum edebant . Habebant autem et tympana bombum quemdam terribilem emittentia , quae sic confecta erant . In abietis stipitem excavatum nolas ex orichalco factas inserebant , et ore vasis taurino corio circumtecto , tympanum sublime ferebant in pugnis . Quum autem magnum tumultum excitare , vel aliquid significare volebant , vas ligneum in os conversum quatiebant . Tum quae in eo erant tintinnabula , et multa , et magna , et in loco undique clauso sonantia , obscurum quemdam bombum intrinsecus reddebant ; qui ab ignaris haud facile dijudicari poterat , cuius esset instrumenti , vel belluae . Mugitui enim similis erat „ . Ex Suida , quamvis eum non memoret , certe huiusce tympani recensionem hausit Philippus Camerarius *Horar. subsecivar. Cent.* 1. *Cap.* 77. Quid vero sit tympanum , nobis edicit *ibid.* in verbo τύμπανα idem Suidas . „ Τύμπανα . βάκλα παρὰ τὸ τύπτειν . ξύλα ἐν οἷς ἐτυμπάνιζον . ἐχρῶντο γὰρ ταύτῃ τῇ τιμωρίᾳ. „ Nempe „ Τύμπανα . Tympana . Baculi fustes , quibus aliquem „ caedebant . A τύπτειν verberare , caedere . Hoc enim „ supplicio olim utebantur „ . *Et ibid.* in verbo τυμπανίζεται „ Τυμπανίζεται . ξύλῳ πλήσσεται , ἐκδέρεται , „ ϗ κρεμᾶται . Τυμπανίζεται . Fustibus caeditur . Ex-

mitus quidam obscurus, et gravis, quem homo nescius, ac novus dignoscere nullatenus potuisset. Mugitui enim similis omnino erat.

5. Nec despiciendus quidem est Suidas, qui haec recensuit, atque prodidit. Is siquidem, licet non sit admodum antiquus, est „ Antiquitatum tamen „ collector non aspernandus „ ut ait Magius (1). Idcirco credendum ei est; Etenim pervetustum aliquod forsitan extitit sua aetate monumentum; ex quo illa idem collegit. Maxime cum non Suidam, quam alium quemdam Scripto-

„ coriatur. Vel suspenditur „. *Et ibid.* in verbo τύμ- „ πανον. „ Τύμπανον. ἐκ δερμάτων ἐστὶ γινόμενον, ϗ κροῦον, ὃ κατεῖχον αἱ Βάκχαι· ἐν Ἐπιγράμματι· Ἀραξόχειρα ταῦτα τὰ τύμπανα λεοντίδριφε σοὶ, Ῥείη, θῆκε. Τύμπανον, „ Tympanum. Id ex pellibus con- „ ficiebatur, et pulsabatur: quod Bacchae gestabant. „ In Epigrammate: *Pulsata manibus haec tympana tibi, „ Rhea à Leonibus victa dedicavit* „. *Et ibid.* in verbo τύμπανος., τύμπανος: ἀρσενικῶς.

. . . . ϗ τινος αὐρη

(Habetur in quodam fragmento Epigrammatis Dioscoridis)

Δαίμονος ἐς τ' ἐὸν τύμπανον ἧκε χέρας.

„ τύμπανος. Genere Masculino. Tympanus. *Et daemonis cuiusdam afflatu in tympanum suum misit „ manum.*

(1) *De Tintinnabulis C. 12. p. 50.*

rem apud Suidam, qui (1) tamen eum nec innuit, nec memorat quidem, haec eadem perhibuisse observet Lipsius (2). Sed et fidem Suidae adauget Magius, qui (3) alterius tympani meminit illi Suidae ferme similis, et ratione Musica fabrefacti in Venetiarum civitate olim existentis, ac (4) perhibet, se plura vidisse antiquorum crotala marmore expressa, et tintinnabulis adornata.

(1) *Cit. pag. tum* 278. *Verbo* Σάλπιγξ, *tum* 516. *Verbo* Τύμπανα.

(2) *De Militia Rom. l.* 4. *Dial.* 10. *Opp. vol.* 4. *p.* 129.

(3) *Loc. cit. p.* 50. postquam tympanum à Suida recensitum memoravit, haec subiicit Magius „ Huic non „ absimile tympanum ratione musica fabrefactum, se ali„ quando Venetiis conspexisse, mihi narravit Josephus „ *Zarlinus* Clodianus, nostrae aetatis musicorum faci„ le princeps, et amicus mihi optimus, atque gratis„ simus „.

(4) *Ibid. pp.* 50. *et* 51., ubi haec habentur, „ Visuntur „ quoque antiquorum crotala marmore expressa, quae tin„ tinnabula affixa continent. Turcarum crotala superiori„ bus diebus Galatae Constantinopoleos vidimus, quae „ è bractea aerea orbes continerent tintinnabulorum „ vicem exhibentes, sonum non ingratum edentia. „ Similia etiam cum tintinnabulis sunt nostris cogni„ ta. Vidi non semel in patria Nicolaum Leccium ton„ sorem, ac scurram crotali huiusmodi sonum ita ci„ tharae sociantem, ut musicus concentus non ingra„ tus ederetur. Turcae autem tibiarum sonum cro

6. Ab Indis Bacchum tympanorum usum in bellis hausisse, indeque forsitan ad Graecos eumdem transtulisse, arbitratur Blanchinius (1). Lipsius (2), támen Polyaeno innixus, licet dubitans; à Baccho potius eorum domitore hanc suam Indos in praeliis consuetudinem traxisse putat. Quandoquidem Bacchus, veluti apud eumdem Polyaenum (3) legi-

,, talis jungunt, et hnmanis vocibus, meherenle optime ,, .'

(1) *Loco* inferius citando.

(2) *Loco cit. pag.* 128. ,, Et ab eo (scilicet Baccho inquit) ,, fortassis est, quod in bello usi (tympanis) etiam Indi ,, .

(3) *Stratagemat. l.* 1. *C.* 1. §. 1. *pp.* 9. 10. *et* 11. *Edit. Lugd. Batav. anni* 1691. ,, Διόνυσος (ait) ἐπ' Ἰνδοὺς ἐλάυνων, ἵνα δέχοιντο αἱ πόλεις αὐτον, ὅπλοις μεν φανεροῖς τὴν στρατιὰν οὐχ ὥπλισεν. ἐσθησι ϗ λεπταῖς καὶ νεβρῖσι· δόρατα ἦν κισσῷ πεπυκωσμενα· ὁ θυρσος εἶχεν μὶχμὴν. κυμβάλοις, ϗ τυμπάνεις, οἷς ἐσημαινεν ἀντὶ σάλπιγγος, ϗ οἴνῳ τοὺς πολεμίους ἰαινων εἰς ὄρχησιν ἔτρεπεν. ϗ ὅσα ϗ ἄλλα. Βακχικὰ ὄργια. Πάντα ϗ ἦν Διονύσου στρατηγήματα, οἷς Ἰνδοὺς, ϗ τὴν αλλὴν Ἀσίαν ἐδουλώσατο ,, Videlicet ,, Bacchus cum adversus Indos expeditionem faceret, ut eum civitates reciperent, perspicuis, ac manifestis armis exercitum non armavit: Sed vestimentis exilibus, et pellibus cervinis: hastas autem hedera cinxit, summam cuspidem occupabat thyrsus. Cymbalis, et tympanis pro tuba signum dabat. Et hostes vino inebrians ad saltationem.

tur, ut Indos, adversus quos expeditionem inierat, deciperet, atque subigeret, praeter alia quaelibet Orgya, quibus usus ea de re fuit, cymbalis, et tympanis loco tubae signum dedit. Quippe qui, tuba nondum reperta, veluti narrat Diodorus (1), tympanis, atque cymbalis in acie ipsa utebatur, ac eorum praeterea usum tum pro sacro celebrando cultu, tum in ipsis aggrediendis, et ineundis praeliis, quemadmodum luculenter perhibet Arrianus, Indos idem edocuit. Quoniam is (2), ut

„ impulit. Et quaecumque alia sunt Orgia Bacchi, „ omnia fuerunt ipsius stratagemata, quibus Indos, „ aliamque terram in suam potestatem redegit „.

(1) *Biblioth. l. 2. C.* 38. „ Ἱστορῦσι δ᾽ αὐτόν (ait) κατά τὰς ἐν τοῖς πολέμοις παρατάξεις τυμπάνοις καὶ κυμβάλοις κεχρῆσθαι, μήπω σάλπιγγος εὑρεμένης „. Videlicet „ Illum (scilicet Bacchum), in acie „ tympanis, cymbalisque, tuba nondum reperta, „ usum fuisse memorant „.

(2) *Loco et pag. citatis* „ Καὶ πρὸ Ἀλεξάνδρου (inquit) Διονύσου πέρι πολλὸς λόγος κατέχει, ὡς καὶ τούτου στρατεύσαντος ἐς Ἰνδοὺς, καὶ καταστρεψαμένου Ἰνδοὺς. Ἡρακλέους δὲ πέρι, οὐ πολλός. Διονύσου μὲν γε καὶ Νύσσα πόλις μνῆμα οὐ φαῦλον τῆς στρατηλασίης, καὶ ὁ Μηρὸς τὸ ὄρος, καὶ ὁ κισσὸς ὅτι ἐν τῷ ὄρει τούτῳ φύεται. καὶ αὐτοὶ οἱ Ἰνδοὶ ὑπὸ τυμπάνων τε καὶ κυμβάλων στελλόμενοι ἐς τὰς μάχας „. Nempe „ Atqui ante Alexandrum fama tenet, Bacchum

probet, Bacchum subegisse Indos, prae aliis monumentis praesefert tympanorum, et cymbalorum usum apud eos in bellis. Sed hanc Bacchi in Indiam expeditionem, perinde ac caeteras eiusdem res gestas, Eratosthene, ac plerisque veteribus Scriptoribus ducibus, recte ait Strabo (1) inter meras poetarum fabulas esse adnumerandas, ipsam idcirco Megasthenis, aliorumque Bacchi res gestas asserentium merito despiciens auctoritatem. Etenim „ levis est nobis (veluti praeclare subiicit Gerardus Joannes Vossius (2)) „ hac parte Megas- „ thenis auctoritas: quia adulando Ale-

„ etiam Indos subegisse: de Hercule infirmior est fama. „ At vero expeditionis a Baccho factae non leve mo- „ numentum est Nyssa urbs, et Meros mons, quodque „ hedera in hoc monte nascatur; quod praeterea Indi „ ipsi tympana ac cymbala pulsantes pugnas adeunt „.

(1) *Geograph. l. XV.* „ Καὶ τὰ περὶ Ηρακλέους δὲ, καὶ Διονύσου (ait) Μεγασθένης μὲν μετ' ὀλίγων πιστὰ ἡγεῖτο. τῶν δ' ἄλλων οἱ πλείους, ὧν ἐστὶ καὶ Ερατοσθένης, ἄπιστα, καὶ μυθώδη „. Nimirum „ Herculis, et „ Bacchi res gestas Megasthenes cum paucis quibusdam „ credit. Aliorum magna pars, è quibus est Eratosthe- „ nes, fabulosa, et minime credenda arbitrantur „.

(2) *De Orig. ac progr. Idolol. l. 1. C. 25. p. 184. Ed. Amstel. an. 1641. To. 1.*

„ xandro, et διαδόχοις (i. e. successoribus) „ sive partiariis historiam corruperit. „ Potior igitur Eratosthenis fides, cuius „ animus à spe, metu, partibus liber. „ Is pro fabulis ista habuit. Quod et „ fecit longe maxima Scriptorum pars „.

7. Ab Indis fortasse ad Parthos, sive Persas iis proximos bellicorum tympanorum derivavit usus. „ Nec enim „ Parthi (quemadmodum praeter Justinum (1), et Appianum (2) narrat Plutarchus (3)) „ cornibus, aut tubis semetipsos incitant ad pugnam, sed sti- „ pites quosdam corio contectos, et „ concavos aereis circumpositis tintin- „ nabulis undique pulsant. Illi vero „ aliquid obscurum, et terribile reso- „ nant, et ululatu ferino, et tonitru „ commixtum „. Et revera ingenti eo strepitu Parthos hostibus suis terrorem iniicere spectasse; ipsosque Romanos cum iis dimicantes, illo audito, adeo

(1) *Historiarum l.* 41. *C.* 2. *p.* 683. *Edit. Lugd. Batav. an.* 1760.

(2) *De bello Parthico*, ubi eadem ferme ac Plutarchus, habet.

(3) *Loco citato p.* 1017. „ Ὡς δ' ἐγγὺς ἐγένοντο,

expavisse idem adiicit, quemadmodum vidimus (1), Plutarchus, ut ipsa suorum armorum abiecerint integumenta.

8. Huiusmodi sane Parthorum instrumenta revera tympana fuisse Justinus (2) non modo, sed etiam memoratus clare aperteque pandit Plutarchus, dum paullo infra (3) ita subiicit. „ Interea supervenerunt hostes (nimirum „ Parthi) clangore, et victorialibus car„ minibus formidabiliores, simul cre„ bra tympana iterum obstrepebant, Ro„ manis alterius pugnae expectantibus „ exordium „. Eadem autem erant a tympanis quidem Indorum, ut animad-

(ait) ϗ σημεῖον ἤρθη παρὰ τȣ͂ στρατηγȣ͂, πρῶτον μὲν ἐπίμπλητο φθογγῆς βαρείας, ϗ βρόμȣ φρικώδȣς τὸ πεδίον. Πάρθοι γὰρ ȣ̓ κέρασιν, ȣ̓δὲ σάλπιγξιν ἐποτρύνȣσιν ἑαυτȣ̀ς εἰς μάχην, ἀλλὰ ῥόπτρα βυρσοπαγῆ, ϗ κοῖλα περιτείνοντες ἠχείοις χαλκοῖς, ἅμα πολλαχόθεν ἐπιδȣποῦσι. Τὰ δέ φθέγγεται βύθιόν τι ϗ δεινὸν, ὠρυγῇ θηριώδει, ϗ τραχύτητι βροντῆς μεμιγμένον „.

(1) §. 1.

(2) *Ibidem*. „ Signum (ait his (nempe Parthis) „ in praelio non tuba; sed tympano datur „.

(3) *Loco cit*, *p*. 1022. „ Ἐν τȣ́τῳ (inquit) δ' οἱ πολέμιοι προσεφέροντο, κλαγγῇ ϗ παιᾶνι, φοβερώτεροι, ϗ πολλὰ τῶν τυμπάνων αὖθις περιεμυκᾶτο τȣ̀ς Ῥωμαίȣς ἑτέρας μάχης ἀρχὴν προσδοκῶντας „.

vertit Lipsius (1), admodum diversa, sed, veluti observat Blanchinius (2), iis admodum similia, quae à nostris tum equestribus, tum pedestribus copiis pulsari solent, et quorum duplicem is imaginem (3) refert, ac (4) exponit, alteriusque ipse olim meminit Apollodorus (5), quorum alterutrum *symphoniam*

(1) *Loc. cit. pag.* 129.

(2) *In Dissert. de tribus generibus instrument. Musicae veterum organicae C.* 3. §. 7. *p.* 49.

(3) *Ibidem Tab.* 7. *Fig.* 7.

(4) *Ibidem p.* 49. „ Duplex figura (inquit) „ bellici tympani a nobis depicta est, orbicularis una, „ altera cylindrica. Primam Pignorius (*De Servis* „ *pag.* 172. *Edit. Amstelodam. anni* 1674., ubi tamen „ bellica tympana minime ab aliis distinguuntur) ex- „ pressit, qua hodieque utuntur equestres turmae, „ a Persis ad nos derivata: ea, parum permutato vo- „ cabulo, *Timballi* nostratibus dicuntur, quae anti- „ quis *tympana* dicebantur. Aeneae sunt pelves, eius „ figurae sive hemisphoerii, unde nomen margaritis ex „ Plinio inditum diximus num. 1. plano corio superex- „ tenso .... Alterum genus bellici tympani cylin- „ dricae est figurae, quo pedites utuntur passim. Utrin- „ que percuti bacillis potest cum cylindro ligneo: pel- „ lis utrimque superextensa ictus excipit „.

(5) *Bibliothec. l.* 1. „ *Σαλμονεὺς .... ϗ βύρσας* (inquit) *μὲν ἐξηρημένας ἐξ ἅρματος μετὰ λεβήτων χαλκῶν σύρων ἔλεγε βροντᾷν* „ Scilicet „ Salmoneus ... „ nec non pelles detractas in quadriga cum aeneis le- „ betibus agitans tonitrua se concitare dictitabat „. Non tympana quidem, sed meras duntaxat pelles una

appellat Isidorus (1). Erat siquidem „ ingens tympanum (sicuti Plutarchum, et Appianum exponens subjungit Alexander ab Alexandro (2), qui tamen in eo fallitur, ut veteribus illis adversatus scriptoribus quandoque „ cornua, „ saepius tympanum „ (Parthis in usu fuisse confidenter asserat) „ cum fer- „ reis, (dicendum erat aereis) „ tintin- „ nabulis (quo) pugnae acuebant ani- „ mos, quod quidem lance concava, „ corio undique protento, et clavis ae- „ neis affixum erat, quod simul ac di- „ verberabant, ignoto et horribili soni- „ tu tonitrus instar intonabat „.

cum lebetibus, sed ab iis plane sejunctas a Salmoneo agitari solitas primo quidem intuitu memorasse videtur *allato in loco Apollodorus*. De Tympanis tamen loquutum fuisse Apollodorum, censet Calmetus in *Dissert. in Musica instrumenta Hebraeorum praemissa Comment. in Psalm. To.* 4. *pp.* 74. *et* 75., ac ipsa bellica tympana, eaque cylindrica eumdem intelligere voluisse tum Lipsius *cit. in loco pag.* 129., tum Blanchinius *ibid. pag.* 49. arbitrantur, et asserunt.

(1) *Etymolog. l.* 2. „ Symphonia (inquit) vul- „ go appellatur lignum cavum; ex utraque parte pelle „ extensa, quam virgulis hinc et inde musici feriunt. „ Locis item citatis, et allatis §. 25. *C.* 2. tympanum Isidorus appellat *symphoniam*.

(2) *Loc. cit. p.* 877.

9. Veteres etiam Aegyptii tympana in praeliis, perhibente Clemente Alexandrino (1), adhibuerunt. Is enim licet tintinnabulorum ea occasione non meminerit, quoniam tamen illorum usus eò sane spectabat, ut vel bellum indiceretur, vel terror hostibus injiceretur, qua de re maximus quidam postulabatur strepitus, ac (2), ejus excitandi, et adaugendi caussa tintinnabulorum adjectio tympanis antiquitus plerumque fiebat, eadem illis Aegyptiorum quoque adjuncta fuisse, recte coniici quodammodo valet.

10. Aboras quoque, sive, ut alii

(1) *Paedagogi l. 2. C. 4. Opp. To. 1. p. 193. Ed. Oxon. an.* 1735. ,, *χρῶνται γοῦν* (inquit) *παρὰ τοὺς πολέμους αὐτῶν* (inquit) . . . . *Αἰγύπτιοι τυμπάνῳ, καὶ Ἄραβες κυμβάλῳ* ,, . Nempe ,, In bellis itaque suis ,, , ... Aegyptii utuntur tympano, Arabes autem ,, cymbalo ,, .

(2) Id praesertim ostendit Suidas, qui loco a nobis superius *pp.* 357. 358. *et* 359, ibique *Adnot.* 5. allato, et exscripto ab Indis propterea bellicis suis tympanis adjecta fuisse tintinnabula refert, ut magnum quemdam ii excitarent strepitum. Atque hunc magis, quam concentum tympanorum suorum usu certe spectarunt Bacchantes, Bacchique Sacerdotes in Bacchanalibus, perinde ac de uno eorumdem tympano Montfauconum animadvertisse *pp.* 133. *et* 134. §. 15. innuimus.

eos appellant Hunnos gentem barbaram initio praelii tympanis fuisse usos perhibet Menander (1), quibus tamen utrum tintinnabula inessent nec ne, silente Menandro, satis non constat, perinde ac neque ipsa eorumdem, quemadmodum observat (2) Lipsius, nobis patet configuratio. „ Ampliora illa tympana (veluti narrat Calmetus (3)) in Hispaniam „ Arabes attulerunt. Cum Ladislaus rex „ Poloniae legationem quamdam in Gal„ lias misisset anno 1457., ejus lega„ tos substitisse Nancii narrat Author „ Chronici Lotaringi, miratosque Lotha„ ringos ampliora illa tympana lebetum „ instar, quae imposita equis illi ve„ hebant „.

11. Malleis ac tympanis, Heliodoro (4) teste, signum pugnae dabant Ae-

(1) *In Historia de Abaris* „ Οἱ δὲ Ἄβαροι (ait) κατὰ τὴν τοῦ πολέμου κίνησιν ἐβούλοντο ἦχον ἐγεῖραι ξυμμιγῆ τε καὶ ἄγριον, ἔτι τε οὖν ξὺν τῷ ἀλαλάγματι ἐπιδουπῆσαι τοῖς τύμπανοις „ Nimirum „ Abari initio „ praelii statuerant excitare mixtum quemdam et fe„ rum sonum, simulque cum ululatu personare tym„ panis „.

(2) *Loc. cit. p.* 129. (3) *Loc. cit. p.* 75.

(4) Histor. *l.* 9.

thiopes, Persae autem vel tuba, si eidem standum Heliodoro (1) sit, vel buccina, si Diodoro Siculo (2), et Curtio (3), vel classico, si Ammiano sit Marcellino (4) fidendum. Qui tamen postremi, tum cum coram hostibus erant, eodem perhibente Curtio (5), inconditum, ac trucem efferebant clamorem. Cyrus vero, sicuti narrat Xenophon (6), universo exercitu concinente, pugnam exorsus est (7) paeane, Martem deinde omnes alta voce conclamabant milites. Ac, ut idem narrat Diodorus (8),

(1) *Ibidem*. (2) *Biblioth. l.* 17. *C.* 33.
(3) *L.* 3. *C.* 3. §. 8. (4) *L.* 24. *C.* 6.
(5) *L.* 3. *C.* 10. §. 1. (6) *Cyropaediae ll.*3. *et* 7.
(7) ,, Paean (inquit *Ambrosius Calepinus in Dictionario V. Paean To.* 2. *p.* 201. *col.* 1. *Edit. Lugdun. an.* 1681.) ,, hymnus erat in laudem Apollinis, ,, sicut Dithyrambus in laudem Bacchi, qui ut Julius ,, Pollux inquit, non solum in aversione malorum de- ,, cantabatur, sed in victoria. Interfecto enim Pythone, ,, Apollo et carminibus lauda us fertur, quae Paeanas ,, dixerunt. Virgil. *Aeneid.* 6.

Laetumque choro paeana canentes.

,, Latius usurpatur tamen pro omni Deorum laude: ,, Unde opus suum Pindarus de laudibus Deorum ,, omnium Paeana inscripsit ,, . Quamobrem paean quem initio praelliorum canere consuevit Cyrus, hymnus in laudem potius Apollinis, quam caeterorum Deorum fuisse videtur.

(8) *L.* 11. *C.* 31.

magnis vocibus, Mardonius Graecis occurrit, et (1) ii, qui Darium in acie circumdabant, magno clamore in hostem irruperunt. Macedones item, eodem referente Diodoro (2), in committenda pugna primi, excitato barritu, ingentem edebant clamorem, barbaris, cum quibus praeliabantur, ex adverso responsantibus.

12. Ab ipsis item veteribus Trojanis, Thracibus, et Aetolis tintinnabula fuisse belli tempore adhibita certo constat. Quandoquidem plura illis, quibus muniebantur, atque tegebantur, clypeis iidem alicubi appendebant tintinnabula, ut iis ipso praelii actu commotis, et concussis, veluti prae aliis Graecus Aeschyli Scholiastes (3), et Thomas Sanslejus (4) animadvertunt, ingens quidem, ac repentinus excitaretur strepitus, atque maximus propterea hostibus incuteretur terror. Huiusmodi profecto clypeum tum Trojanis So-

(1) Diodorus Siculus L. 17. C. 59.
(2) *L. 17. C.* 33.
(3) *In loco pp. 372. et 373. Adnot. 5. safferendo;*
(4) *In Commentario ad Tragoedias* Aeschyli, ac

phocles (1), tum (2) Rheso Thraci, cum iis in auxilium venit adversus Graecos, Euripides (3), tum (4) Tydeo Aetolo in bello Thebano adsciscit Aeschylus (5).

praesertim ad *Tragoediam* Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας i. e. *Septem contra Thebas* ad V. 392. *Tragoediar. To. 2. p.* 755. *Col.* 1. *Ed. Hagae Comitum an.* 1745. „ Tintinnabula „ fortasse (inquit) clypeis appensa fuerunt ad sonum, „ et terrorem „.

(1) Sophocles in suis Tragoedriis tribuit veteribus Trojanis, ut ait „ σάκος κωδωνοκρότον „ nimirum „ „ clypeum tintinnabulis pulsatilibus sonorum „.

(2) Rhesum esse Thracem, et Thracis exercitus ducem, eumque in auxilium Trojanorum in celebri adversus Graecos bello venisse pandit Euripides in *Tragoedia*, cui titulus Ῥῆσος i. e. *Rhesus*.

(3) *In cit. Tragoedia inscripta* Ῥῆσος i. e. *Rhesus vv.* 382. 383. *et* 384. Tragoediar. *T.* 1. *p.* 622. *Edit. Lipsien. an.* 1778.

„ Ἴδε (ait) χρυσόδετον σώματος ἀλκὴν
„ Κλύε δὲ κόμπους κωδωνοκρότους,
„ Παρὰ πορπάκων τοὺς κελαδοῦντας „.
Nimirum
„ Vide auro tectum corporis robur,
„ Audi strepitus tintinnabulorum crepitantium
„ A scuti loris resonantes „.

(4) Tydeum Aetolum fuisse clare, aperteque colligitur ex Euripide in *Tragoedia* cui titulus Φοίνισσαι nempe *Phoenissae* tum alibi tum praesertim *á vv.* 135. *ad* 145., ac ex Graeco eius Scholiaste in *Notis ad vv.* 137. *et* 140. *Tragoediarum To.* 1. *pp.* 153. *et* 154.

(5) *In Tragoedia*, cui titulus Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας i. e. *Septem contra Thebas á vv.* 386. *ad* 392. *Tragoediarum To.* 1. *p.* 153.

13. Sic etiam ad terrorem item hostibus iniiciendum equorum sui currus fronti plura idem Rhesus adjecit tintinnabula, quemadmodum a nobis, Euripide praeeunte, paullo infra (1) palam fiet.

14. Nec alia plane de re antiqui etiam Romani ab aeris, cuius nomine

„ Τυδεὺς δέ (inquit) μαργῶν, καὶ μάχης λελιμμένος,
„ Μεσημβριναῖς κλαγγαῖσιν ὡς δράκων βοᾷ.
„ . . . .
„ Τοιαῦτ' ἀϋτῶν, τρεῖς κατασκίους λόφους
„ Σείει, κράνους χαίτωμ', ἐπ' ἀσπίδος δὲ τῷ
„ χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες φόβον „.
Videlicet
„ At Tydeus furens, et pugnae cupidus
„ Vociferatur uti serpens calore meridiano excitus.
„ . . . .
„ Talia vociferans cristas tres umbratiles
„ Quatit, cassidis capillitium, ab huius clypeo
„ Aerea clangunt terrorem tintinnabula „.

Sub ipso autem huiusmodi clypeo tintinnabula ob metum et terrorem incutiendum pependisse tradit Graecus Aeschyli Scholiastes in *Nota ad v.* 393. *ad verbum* σῆμ' Tydei clypeum describens „ Ιστέον, (ait) ὅτι ὁ Τυδεὺς ὑποκάτω μὲν τῆς ἀσπίδος κώδωνας εἶχε προσπεπηγμένους, ἵν' ὄχλον παρέχῃ, καὶ φοβερὸς δοκῇ τοῖς ἀκούουσιν „ Scilicet „ Sciendum, quod Tydeus sub „ clypeo habebat tintinnabula pendentia, ut commo„ tionem excitaret, et terribilis videretur audienti„ bus „.

(1) C. 9.

ipsa etiam venire potuisse tintinnabula pluries nos innuimus, et ostendimu crepitu sua olim auspicabantur proelia. „ Proelium (inquit Livius ( ) de atroci Romanorum adversus Hannibalem ad Capuam pugna loquens) „ non solito „ modo clamore, ac tumultu est coeptum, „ sed, ad alium virorum, equorum, ar- „ morumque sonum, disposita in muris „ Campanorum imbellis multitudo tan- „ tum cum aeris crepitu, qualis in defe- „ ctu lunae silenti nocte cieri solet, edidit „ clamorem ut averteret etiam pugnan- „ tium animos „. Quanquam ipsis etiam tubis, tympanis atque classicis ad excitandos atque acuendos pugnantium animos in proeliis usos Romanos fuisse Sallustius (2), Hirtius (3), Dio (4), atque Ammianus (5)

(1) *Historiarum ab Urbe condita l.* 26. *C.* 5.

(2) *In bello Jugurtino*, ubi loquitur de Mario.

(3) *In Commentariis de bello Africano*.

(4) *Hist. Rom. l.* 47.

(5) Classicorum etiam sonum Romanis, tum cum praeliarentur, in usu fuisse, perhibet Ammianus Marcellinus, qui *l.* 24. *C.* 6 de praelio inter Romanos et Persas commisso sermonem habens ita loquitur „ Cum „ undique solito more conclamaretur, virorumque ala- „ critatem sonantia classica juvarent „.

adiiciunt, ac tubis, et tympanis non modo, sed et aliis quibusdam organis seu instrumentis sub Servio Tullo ad bella eosdem vocare consuevisse narrat Dionysius (1). Ac veteres propterea, tum quolibet alio adhibito modo, tum ipso demum iniecto metu; atque terrore, quem idcirco aptissimum esse praesertim censuerunt, in bellis hostium copias fundere, atque in fugam coniicere, ac plenam tandem victoriam de iisdem reportare spectarunt, atque studuerunt.

15. Quanquam autem ad veteres non pertineat Ethnicos, ne quid tamen in re nostra praetereatur, memorandum hoc in loco esse duco, antiquis etiam Francis tintinnabulorum sonum tempore belli fuisse in more. Quoniam „ stra„ tagema per tintinnum „ ab iisdem excogitari, et adhiberi saepe consuevisse, duce Aimoino (2), animadvertit Bignonius (3).

(1) L. 4.

(2) *In historia Francorum tum l.* 2. *C.* 11., *tum l.* 4 *c.* 81., *tum aliis in locis*.

(3) *In Not. ad l. Salicam.* apud Baluzium *Capit. Reg. Franc. To.* 2. *col.* 840.

CAPUT IX.

De more veterum adjungendi tintinnabula tum collo, tum fraenis animalium.

1. Tintinnabula veteribus fuerunt frequenti adeo, et magno usui tam multis in rebus, ut ad ipsos quoque pecudes, caeteraque animalia iidem ea transtulerint. Illa enim horum collo alligare antiquos consuevisse, plura nobis ostendunt. Id Hebraeis fuisse in more positum perhibet Actor libri, cui titulus *Arve*. Quoniam hi consueverunt tintinnabulum appendere collo pecudis, qui caeteras praeiret oves. „ Est Aries magnus in- „ quit) a cujus collo pendet tintinna- „ bulum, quique praeit gregem „. Idem, et in aliis quoque pecudibus servatum fuisse ex codice quodam Hebraieo, cui titulus *Schabbath*, arguunt tum Braunius (1), tum Ugolinus (2). Sic enim

(1) *De vestitu Sacerdotum Hebraeorum l.* 2. c. 5. §. 424. *pagg.* 454. *et* 455.

(2) In Opere, cui titulus *Sacerdotium Hebrai-*

ille (1) inquit „ Asinus non egreditur „ cum tintinnabulo, etiamsi obturatum „ sit „ .

2. Hic idem usus, teste Strabone (2), ad ipsos quoque pervasit Graecos, Aethiopes, et Troglodytas, idque, ut facilius aeris tinnitu noxiae ferae arceri ab animalibus possent.

3. Quae sane consuetudo quasi per manus ducta ad nos usque permanavit, non ut pecudes a ferarum tueantur rabie, sed ut in locis nemorum et vallium, atque agrorum aberrantes deprehendi, et inveniri facilius possint. Atque hinc legitur apud Justinianum (3). „ Si „ quis crepitaculum, sive tintinnabu- „ lum bovis, aut ovis, aut alterius cu-

cum C. 3. p. 321. To. 13. Thes. Antiq. Sacr.

(1) *Cit. Cod. Schabbath C. 5.*

(2) Loquens de Aethiopibus, Megabaris et Troglodytis Strabo *l. 16. p. 776. veteris Editionis Casaubonianae p. 1122. novae Editionis To. 2. ait* „ Ὁδοιποροῦσι δὲ νύκτωρ ἐκ τῶν ἀῤῥένων θρεμμάτων κώδωνας ἐξάψαντες, ὥστ' ἐξίστασθαι τὰ θηρία τῷ ψόφῳ „. Nimirum „ Iter noctu peragunt; pecoribus masculis tintin- „ nabula è collo suspendunt, ut ferae sonitu exterreantur „. Haec autem desumpsit Strabo ex Artemidoro.

(3) *De leg. rustic. tit. 2. §. 2.*

„ jusvis animalis sustulerit, convictus „ flagellatur, ut fur. Et si animal de- „ perditum fuerit, et id, damno sarcito, „ quod ejus crepitaculum sustulit „. Idcirco etiam Sidonius (1) „ Inter greges „ tintinnabulatos per depasta buceta reboantes „. Eadem praeter Endeleichium rethorem (2) perhibet Fortunatus praesbyter, qui (3) de S. Medardo haec habet „ Tintinnum (i. e. tintinnabulum „ ut explicat Cl. Card. Luchius (4))

(1) *Epist. l.* 2. *Epist.* 2. *ad Domitium pag.* 100. *Ed. Paris. ann.* 1599.

(2) *De mortibus boum*

„ Plaustris subdideram fortia corpora
„ Lectorum, studio quo potui boum
„ Queis mentis geminae consona tinnulo
„ Concentu crepitacula „.

In quae ita subiicit Cannegieterus *Nota ad V.* 15. *Fab.* 7. *Aviani p.* 57. *Edit. Amstel. an.* 1791. „ Sensus horum „ est (ait), quem non perspexit Seberus, crepitacula „ illis bobus erant, tinnulo concentu consona geminae „ idest uni et concordi menti, ita ut tintinnabulo- „ rum symphonia animi concordiam indicaret „.

(3) *Carm. l.* 2. C. 20. Opp. Part. 1. pag. 66. noviss. Ed. Rom. an. 1786. opera et stuio Michaelis Angeli Luchi postea Cardinalis.

(4) *In Postill. seu nota marginali op ad loc. cit. ibid.* „ Tintinnabulum „ (ait interpretans haec et sequentia Fortunati carmina, quae miraculum S. Medardi pandunt) „ quamvis foeno eius os occludatur, et con- „ stringatur manu, tinnitu suo furem prodit „. Sic

,, rapit alter inops, magis impro-
,, bus ille,
,, Qui jumentorum colla tenere so-
,, let ,, .

Hujus rei meminerunt quoque, ut alios ego reticeam scriptores (1), leges Gothorum (2), Longobardorum (3) Burgundiorum (4), Bojorum sive Boiariorum (5), et Salica (6). Quamobrem et veteribus Francis, ac maxime Austrasiis, veluti tradunt Regum Francorum Capitularia

etiam longe antea Carolus Du Fresne Dominus Du Cange in *Glossario ad Script. med. et infimae Latin. To. 6. Art Tintinnum* ,, Tintinnum (definiit) Tintinnabulum armen ,, torum collo appensum ,, .

(1) Hi praesertim sunt Nonius, Isidorus *l.* 3. *C.* 22., Walafridus Strabo *de exord. et increm rer. Eccl.*, aliique plures.

(2) *Lib.* 7. *vel* 10. *Tit.* 2. 2. *Antiq.* ,, Si quis tintinnabulum involaverit de jumento, vel bove ,, .

(3) *Lib.* 1. *tit.* 25. *l.* 3.

(4) *Tit.* 4. §. 5. ,, Qui tintinnum caballi, vel bo- ,, vis furto abstulerit ,, . Et *lib.* 1. *tit.* 25. *leg.*

(5) *Cap.* 8. *Tit.* 2. §. 1. ubi eadem habentur.

(6) *Tit.* 29. §§. 1. *et* 2. ,, Si vero de pecoribus tintinnum furaverit, etc. Si quis Skellam (vel *tintinnum* ut habet editio Heroldi) ,, de caballis furaverit ,, . Skella vero, ut eam explicat atque definit Du Cange *Opere ac Tomo cit. Art. Skella*) erat ,, equorum cli- ,, tellariorum tintinnabulum . Occitani *Esquilo*, *Esqui-* ,, *leto*, *Esquilou*, tintinnabulum, quod mulorum col- ,, lis appenditur, etiamnum appellant ,, .

(1), Aimoinus (2), Agatharchides (3), et Ado Viennensis (4), in more fuit, tum cum equos ad pascendum in sylvas, et agros ducerent, eorum collo tintinnabulum appenderent, ut „ si forte longius in pascendo aberassent, eorum sonitu dignosci possent „.

4. Hunc plane morem idem luculenter quoque tradit Fortunatus in illa ejusdem S. Medardi Vita, quam soluta oratione conscripsit „ Dum viator qui„ dam (ait, veluti legitur in eadem vita apud D' Achery (5), apud Bollandistas (6), et apud Luchium (7)), „ juxta

(1) *To. 1. p. 128. Ed. Paris an. 1677. tit. XI. n. 1. 2. et 3.*

(2) *Hist. Franc. l. 3. cap. 82.* „ Numquid non audis (inquit) tintinnabula pascentium equorum collis „ dependentia : mos quippe antiquis inoleverat Francis, et maxime Austrasiis, ut pascentibus equis tintinnabula imponerent, quo si forte longius in pascendo aberassent, eorum sonitu dignosci possent „.

(3) *Lib. 5. de mari rubro cap. 30.*

(4) „ Nam tunc temporis tinnitos (idest tintinnabulis munitos seu resonantes) „ equos Austrasii ad pastum emittebant „.

(5) *In Spicilegio To. 2. p. 70. Col. 2. §. 5. Edit. Paris. an. 1723.*

(6) *In Act. Sanctorum mensis Junii sub die octava To. 2. p. 80. Col. 2. §. 6.*

(7) *Opp. Fortunati Part. seu To. 2. p. 125. §. 6.*

„ domum eius agendi itineris copia prae-
„ teriret, capiens illius callida fraude
„ juvencum, furti scelere tintinnabulum
„ collo praeripuit; atque hiatum ipsius
„ impressi graminis fraude condemnans,
„ nullius compemplatione deprehensus
„ abscessit: et cum jam se censuit vel
„ criminis evasisse periculum, vel sor-
„ titum compendia fuisse per furtum,
„ obstaculo nullo serata, ipsa dedit
„ praeda tinnitum, cupiens domini re-
„ dire praesidio: quae quamlibet abdi-
„ tis penetralibus studio diligenti loca-
„ ta, vel ferrata claustrorum obseratio-
„ ne retrusa maneret; tinniente ambitu
„ scelus nullo modulante vulgabat, hi-
„ atu ingenti vomens, auctorem crimi-
„ nis querela geminante confudit. Tunc
„ latro praeterita memorans confusa
„ mente perculsus, revexit domino ter-
„ ritus, quod abstulerat, quod etiam
„ pietatis studio non servabat „. Eadem
leguntur apud Radbodum in alia eius-
dem S. Medardi Vita (1), quam For-

(1) *Apud Bollandistas ibid. C. 2. §. 11. p. 89.*

tunato adsciscit Surius (1) idem huius Sancti recenseas prodigium. Quin et tintinnabulis illis Domini signum inuri consuevisse tradit alter eiusdem S. Medardi Vitae Scriptor, „Cum homo quidam (inquit (2)) bovem furatus esset, qui collo appensum habebat tintinnabulum, in quo Domini signum pressum erat, bovem vendidisset, tintinnabulo prius ablato: mirabile quidem fuit, quod tintinnabulum nunquam personare cessabat, nec in theca, nec confractum. Quo miraculo attonitus fur, agnovit crimen, resipuit, restituitque bovem„. Atque licet hanc eamdem vitam, quam Venantio Fortunato adscribit Novarinus (3), nobis, quanta usi diligentia simus, ullibi reperire non licuerit, neque apud D' Achery (4), neque apud Bollandistas (5), neque apud Luchium (6), neque apud

(1) In Opere inscripto *De probatis Sanctorum historiis* To. 3. C. 12. *sub die octava Junii pag.* 556. *Ed. Colonlae Agrippinae an.* 1572.

(2) Apud Novarinum, qui in *Schediasmat. sacroprophan. l.* 2. *C.* 25. excriptum affert locum.

(3) *Ibidem*. (4) *Loco cit.* (5) *Loc. cit.*

(6) *Loc. cit.*

ipsum Boscium (1) sed apud solum Novarinum (2), eius tamen auctor; quilibet tandem fuerit, non adeo recens illum, de quo res est, plane arguit usum.

5. Bobus non modo, sed etiam ovibus, caeterisque quadrupedum speciebus tintinnabula recentiori aetate appendi solitum fuisse probant Capitularia regum Francorum (3), Acta S. Theodori Archimandritae a Georgio Praesbytero scripta, in quibus legitur, ea aetate animalium capistris, et tintinnabulis pro lue pestifera avertenda benedictionem impertiri consuevisse. „ Si lues invadebat (inquit ille), boves, „ aut oves, aut alia genera quadru- „ pedum, aut volucrum, aut etiam ho- „ mines, similiter assumebant ipsum, „ aut ejus benedictionem; et aquam, „ cui benedixisset: vel etiam capistra, „ aut tintinnabula ad eum afferebant, „ ut illis benediceret, et optatam cu-

(1) *In Bibliotheca Floriacensi*. (2) *Ibidem*.

(3) Tum *loc. cit.*, tum *Col.* 298. *tit.* 29. *n.* 1. 2. *et* 3.

„ rationem consequebantur „. Quamobrem hanc eamdem consuetudinem, quae apud nos etiam nunc quodammodo servatur, tempore suo locum habuisse perhibent Novarinus (1), et Barthius (2).

6. Quin et rabidorum ac mordacium canum collis, teste (3) Flavio Avieno, seu potius, veluti pandidit Cannegeterius (4), Aviano, alicubi adiiciebatur tintinnabulum, non tanquam (5) infamiae nota, cui suscipiendae, atque

(1) *Loco cit. n.* 128.

(2) *Adversarior. Commentar. l.* 55. *C.* 10. *To.* 2. *p.* 2607. *Col.* 1.

(3) *Fab.* 7. *vv.* 7. *et seqq. pp.* 55. *et seq. Ed. Amstel. an.* 1731.

„ Hunc (nempe canem ait) dominus, ne quem pro-
„ bitas simulata lateret,
„ Jusserat in rabido gutture ferre nolam.
„ Faucibus innexis crepitantia subligat aera,
„ Quae facili motu signa cavenda darent.
„ Haec tamen ille sibi credebat praemia ferri,
„ Et similem turbam despiciebat ovans.
„ Tunc insultantem senior de plebe superbum
„ Aggreditur, tali singula voce monens.
. . . .
„ Non hoc virtutis decus ostentatur in aere,
„ Nequitiae testem, sed geris inde sonum.

(4) *In Diss.* quae extat in calce Opp. Aviani cc. 1. *et seqq. pp.* 231. *et seqq.*

(5) Consulatur *sequens Adnotatio*.

intelligendae irrationalia plane inepta sunt animalia, sed tanquam (1) indicium et signum, quo eos cavendos et fugiendos esse, ne ab iisdem laederentur, transeuntes homines monerentur, non secus ac boum cornupetarum cornibus, perhibentibus Horatio (2), atque ve-

(1) Id luculenter pandit Avianus *vv. 9. et* 10. Vocabulum quidem *notam* loco illius *nolam* in Aviani *v.* 8., ut deinceps palam fiet, legendum quandoque indicium, et signum, quandoque infamiam denotat. Apposite Festus ,, Nota alias significat signum, (inquit in Opere *de verborum significat*.) ,, ut in pecoribus, tabulis, ,, libris, litterae singulae, aut binae, alias infa- ,, miam ,,. Quaenam autem utriusque huius significationis illi competat vocabulo, tum ex rei, de qua sermo est, indole, tum ex scriptoris idem adhibentis contextu atque mente patet. Indicium porro et signum non quidem infamiam illo eodem vocabulo se innuere voluisse *cit. vv. 9. et* 10., ut initio monuimus, evidenter manifestat Avianus. Praclare in eum Cannegieterus. ,, Sic hanc notam (ait *Nota ad v. 8. V. Nolam pp.* 55. *et* 56.) ,, *signa cavenda* appellat mox *v.*10. (Avianus); ,, his notis membra illa insigniebantur, quibus animan- ,, tia laedebant, sic foenum alligabatur cornibus boum ,, cornupetarum. . . . sic. Dominus cani mordaci ,, ex gutture suspendit tintinnabulum tanquam notam, ,, aut signum, cavendum eum esse ,, non quidem, ut non satis recte, veluti patet, adiicit ,, aut tanquam ,, notam infamiae ,,.

(2) *Sermonum l.* 1. *Sat.* 4. *v.* 34.
,, Foenum habet in cornu : longe fuge ,,.

teri eius Scholiaste nempe Ascensio (1), foenum olim inserebatur, ut eius aspectu ab hominibus vitarentur, et ,, crepitacula . . . . . . domini etiam (ut refert vetus eiusdem Scholiastes apud Barthium (2)) ,, urtivis servis appen- ,, debant (*apponebant*, veluti corrigit Barthius) ,, ut quaqua irent, a villico ,, audiri possent ,, . Et quanquam, veluti caeteros omnes, qui eum praeiverunt, interpretes emendans recte observat Cannegieterus (3), legendus sit in Aviano

(1) In hunc eumdem Horatii locum, ut legitur *p.* 169. *tergo Col.* 2. *Marginali*, *et p.* 170. *col.* 1. *Ed. Ven. an.* 1562. ,, Hoc autem, quod hic dicitur, (ait) Foenum ,, habet in cornu; idest quemcumque satyrico stylo pe- ,, tit, et ferit, sicut bos petulcus, et solitus corni- ,, bus suis ferire, ut homines fugiant, foenum in cornu ,, portat, tam ut noscatur, quam ut cornua foeno ,, involvantur, ne laedant ,, . Quanquam, ut immediate subiicit ,, Solent etiam in pratis boves petulci foe- ,, num collectum appetere, et ita in cornibus aliquid ,, foeni derelinqui, quod videntes aufugiunt ,, .

(2) *Advers. l.* 39. *C.* 13. *p.* 1780. *Col.* 1. ubi plures notas et glossas veteres tum in alia nonnulla loca, tum praesertim in *vv.* 9. *et* 10. *loc. cit.* Aviani affert.

(3) ,, Nemo sane dubitavit, (*inquit* Cannegiete- ,, rus *Nota cit. pp.* 55. *et* 56.) antehac credo, quin ,, *nola* hic sit legendum, atque inde forte aetatem ,, poetae nostri aestimarunt. Siquidem in hoc signifi- ,, catu recentioris inventi vox est . . . . . .

canis ille „ ferre notam „ potius , quam „ nolam „ quoniam tamen is (1) subiicit

„ Faucibus innexis crepitantia subligat
„ aera „

tintinnabulum certe postremis hisce verbis significare voluit , perinde ac omnes ea concorditer accipere idem animadvertit Cannegieterus (2) , et (3) veterum Scriptorum plane fert mens .

7. Memorat etiam Titus Petronius

„ Deinde si nolam hic legis , sententia versus sequen-
„ tis ab hoc nil differt , et ταυτολογια est auribus ,
„ atque animo gravissima . His inductus rationibus vo-
„ cem depravatam puto , quae tamen levissima mutatio-
„ ne optime sanari potest : scribendum autem *no-*
„ *tam* „ .

(1) *Ibidem v.* 9.

(2) „ Hoc loco (ait Cannegieterus *Nota* ad verba *crepitantia subligat aera p.* 56.) „ *per crepitantia aera* , „ tintinnabulum intelligi, nullus, credo, dubitat „ . Idque olim vetus ille Aviani Scholiastes apud Barthium *loco cit.* manifeste innuit , dum *crepitantia* aera sic interpretatur „ crepitacula dicit „ . Horum autem nomine tintinnabulum se intellexisse pandit , dum verbum *insultantem* , quod eiusdem Fabulae *v.* 13. legitur , explicans , subiicit „ saltantem , et nolam moventem „ .

(3) Id , quod perhibent Vossius in *Etym. Ling. Lat.* Ast. *Campana* , et Hadr. Junius *Anim. l.* 3. *c.* 11. , praeter Macrobium *Sat.* I. 5. c. 19. p. 441. nos ostendimus c. 2. §§. 23. 25. 26., 58-61. , c. 3. §§. 5. 6. 9. 15. 16. 17. , c. 5. §§. 1-6. , c. 7. §. 26. , et c. 8. §. 14.

Arbiter (1) sues „ capistris , et tintin-„ nabulis cultos „ illis scilicet „ ad ora „ revinctis „ his autem „ ad collum „ appensis „ ut explicat Schefferus (2) spectaculi caussa in convivium adduci solitos , perinde ut mulos , non tamen tintinnabulis ornatos , ad mensas trahi consuevisse , et in conspectu civium mori jussos , narrant Seneca (3) , Plinius (4) , et Juvenalis (5) . „ Caeterum

(1) *In Satyricon C.* 47. *To.* 1. *pagg.* 318. *et* 319. *Ed. Amstel. an.* 1743. „ Nam cummundatis ad sympho-„ niam mensis tres albi sues in triclinium adducti sunt, „ capistris , et tintinnabulis culti , quorum unum bi-„ mum nomenculator esse dicebat , alterum trimum , „ tertium vero jam senem „ .

(2) „ Capistris ad ora revinctis , (inquit Schefferus in *Nota* ad hunc eumdem Petronii locum : *V. Capistris*) „ quibus possent , quo esset lubitum , dedu-„ ci . Martialis *l.* 1. *Epigr.* 105.
„ *Paret purpureis aper capistris* „ :
„ Ac tintinnabulis ad collum appensis , (subiicit ibidem in *Nota V. Tintinnabulis*) „ quibus ad spe-„ ctaculum ipsarum vulgo traherentur . Hunc enim pu-„ to fuisse scopum illorum tintinnabulorum . Ita ha-„ bes asinum *tintinnabulis peraigusis exornatum* apud „ Apulejum lib. X. „ .

(3) *Nat. Quaest. l.* 3. *CC.* 17. *et* 18. *Opp. Part. seu To.* 1. *p.* 773.

(4) *Hist. Nat. l.* 9.

(5) *Sat.* 5. Heinsio tamen , ut legitur in eius *Nota* ad locum cit. Petronii *V. Tres albi sues* , Juvenalis

„ pompa ista suum tintinnabulatorum „ an sit è veteribus Romanis una „ se nescire ingenue fatetur Reinesius (1), nisi tamen sit coniiciendum, Petronium equitem Romanum, ac Romae degentem ea occasione Romanum usum aut insectari, aut pandere voluisse.

8. Sed quoniam simul ac se vidisse finxit Petronius sues capistris, et tintinnabulis cultos, eosdemque in triclinium adductos, immediate (2) subiicit, se tunc putasse „ petauristarios intrasse, „ et (3) porcos, sicut in (4) circulis

„ videtur allusisse ad Historiam de Carano, quam A- „ thenaeus nobis conservavit initio libri 4. „.

(1) *In Nota Ibidem*.

(2) *Ibidem p.* 319.

(3) Huiusmodi suum portenta in eo consistere ait Schefferus in *Nota* ad hunc eumdem Petronii locum, ut „ ludos, et cum primis saltus admirandos per ro- „ tas, et id genus, quod alias petauristae ipsi facere „ consueverunt, et sursum deorsum per aëra se li- „ brarent volitantium instar, perque orbes cito saltu „ se transmitterent. De quo Manilius *l.* 5. *vv.* 433, *et* „ *seqq.* „. Etenim „ haec talia (veluti allatis Manilii versibus pergit) „ interdum et quadrupedes docebant „ facere, populoque in circulis ostentabant, quae res „ duravit ad nostra usque tempora, meminimusque „ nos equulei, caprae, catulorum, qui hac arte ple- „ bem oblectarent „.

(4) „ Circuli sunt in viis publicis, (inquit Bur-

„ mos est , portenta aliqua facturos „ inde plane colligi posse apparet , sues illis etiam occasionibus , quibus ludos , et saltus inirent , capistris , atque tintinnabulis Romae antiquitus ornari consuevisse .

9. Idipsum in mulis , caeterisque jumentis , quibus (1) asportanda onera

mannus in *Nota ibidem* immediate post verba Schefferi à nobis *Adnot. superiori* allatis) „ ubi hi petauristarii , et ludicra illa edentes coetum populi in circuli „ modum circumstantis faciunt „ . Quorum porro circulorum veteres Scriptores pluries meminerunt , quorum nonnulla collegit , et attulit Petrus Burmannus *ibidem* loca .

(1) Huiusmodi iumenta sunt ea , quae dicuntur *dossuaria* ; sic certe dicta , quod onus ferrent dorso . De his loquitur Johannes Schefferus de re vehiculari *l.* 2. *C.* 2. *p.* 1258. *nov. supplem ad Thesaurum antiq. Graec. et Rom. congest. a Poleno* Ed. Ven. „ Νωτοφόρος certe nusquam (ait) custos corporis , sed „ qui sarcinas fert dorso , mulus , Asinus . Latinis hac „ de caussa dictus *dossuarius* , *vel dorsuarius* . Philo„ xenius *Dorsuarius* νωτοφόρος . Varro lib. 11. 22. cap. 6. „ = Gregos fere fiunt mercatorum , ut eorum , qui „ Brundusio , aut Apulia asellis dossuariis comportant „ ad mare oleum = . Ut hic asellos dossuarios , ita Cap. „ 10. equas habet , ac jumenta alia = Magistrum pro„ videre oportet, ut omnia sequantur instrumenta, quae „ pecori , et pastoribus opus sunt , maxime ad victum „ hominum , et ad medicinam pecudum . Ad quam rem „ habent iumenta dossuaria domini . Alii equas , alii „ pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit = .

imponebant, veteres Ethnicos olim servasse plura sunt, quae manifeste ostendunt. Hoc prae caeteris perhibet Phaedrus, qui de mulo fiscos ferente cum pecunia sermonem habens ait (1) „

„ Celsa cervice eminens
„ Clarumque collo jactans tintinna-
„ bulum „.

10. Eadem tradit Lucianus, qui haec habet „ Verum etiam badizare dis„ cebam, (inquit (2)) et tergo portare „ dominum, et cursum currere mini„ me molestum, et quem vix sentiret „ eques. Etiam paratus mihi erat sum„ ptuosus, et stragula mihi purpurea „ iniiciebantur, et frena recipiebam „ argento, atque auro distincta, et tin„ tinnabula mihi argutissimum concen„ tum edentia appendebantur „. Atque hinc Apulejus, qui uti caetera sic etiam haec hausit ex Luciano, ita subii-

„ Vides manifeste dossuaria, quae onus ferre possint „ dorso „. Varias dossuariorum equorum species explicat idem *pp.* 1259. *et* 1260.

(1) *Fabul. lib.* 2. *Fab.* 7.

(2) *In Dialogo* cui titulus *Lucius sive Asinus* *N.* 48. *pp.* 616. *et* 617. *To.* 2. „ Καὶ μὴν (inquit) ϗ βαδίζειν ἐμάνθανον, ϗ κομίζειν τὸν δεσπότην ἐπὶ τῷ

cit (1) „ Me phaleris aureis (2), et fu„ catis ephippiis, et purpureis tapetis, „ et frenis argenteis, et pictilibus bal„ theis, et tintinnabulis peragutis exor„ nat „.

11. Non satis constat, utrum tintinnabula, quorum mentionem habent

νῶτȣ, ϰ τρέχειν δρόμον ἀλυπότατον, ϰ τῷ ἀναβάτῃ ἀναίσθητον. καὶ σκευῇ μοι ἦν πολυτελής. καὶ στρώματα πορφυρᾶ ἐπιβάλλομαι. καὶ χαλινȣ̀ς εἰσεδεχόμην ἀργύρῳ. καὶ χρυσῷ πεποικιλμένȣς, καὶ κώδωνες ἐξήπτοντο μȣ̃ μέλος μȣσικώτατον ἐμφωνȣ̃ντες „.

(1) *Asini aurei lib*, 10. *Opp. To.* 1. *pag.* 919. *Edit. Lugdunen. anni* 1614.

(2) Quid sint huiusmodi phalerae aureae nobis perbelle tradit Schefferus in libro *de re vehiculari pag.* 1259.*To.*5. *novorum supplementor. ad utrumque Thesaurum Antiquitat. Graecar. et Romanar. congest. à Poleno* „ Phaleras aureas, (inquit) quas inter ornamenta mu„ lorum memorat Apulejus, puto esse clypeos, orbi„ culosve, quales hodieque in fronte ac temporibus „ ornamenti caussa ex aere inaurato, vel aurichalco „ habere consueverunt. Hesychius in voce φάλαρα „ generaliter ἱπποκόσμια vocasse videtur. At Suidas „ propius et convenientius sententiae nostrae. Φάλαρα, „ τὰς προμετωπίδας, τȣ̀ς ἀσπιδίσκȣς, τὴν κόσμησιν „ τὴν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων. Dicit phaleras vo„ care frontalia, clypeolos, ornamenta, qualia equi „ habeant in fronte, Sicut equi, sic et muli habuere. „ Tapetes quoque hodie servantur, summis enim in„ sternuntur sarcinis, partim ut legant, partim ut or„ nentur. Ideo varias picturas habent intextas, quan„ doque nomina, et insignia illius, ad quem sarcinae

tum Lucianus, tum Apulejus, (1) collo, sicuti prae aliis autumat Passerius (2), vel caeteris etiam illius asini partibus, ephippiis demum, et aliis ejus adjuncta fuerint ornamentis. Id enim eorumdem testimonia satis non explicant. Ex quibus tamen mos illius aetatis adjungendi huius speciei animalibus tintinnabula satis apparet. Nec enim officit, nobis veras historias ab auctoribus illis exharatas non fuisse. Siquidem etiam Romanensium fabularum scriptores consuetudinem sui temporis evincunt, cum ea, quae narrant, mores vel corrigendos, vel commendandos, vel irridendos respiciant.

„ spectant. Sed qui *pictiles balthei*? An quibus prae-
„ cinguntur pectora, taeniis versicoloribus ornatis aut
„ villis, ex lana sericove? Ut *pictile*, signet *pictum*,
„ sicut *fictile*, *fictum*, Sanè quomodo hic pictiles
„ intelligi aliter debeant, haud video. Atque ista qui-
„ dem ornamenta, non dossuariorum omnium, sed
„ praestantiorum, quod per se cognoscitur „.

(1) Consuli plane debent ea, quae iu reeensito Apuleji loco explicando nos *C.* 1. §. 18. *ibique in Adnot.* *pp.* 43. *et seqq.* hac de re protulimus.

(2) *Pict. Etruscorum in vasc. Vol.* 3. *p.* 12. „ Apulejus quoque lib. 10. (inquit) meminit tintin-
„ nabulorum suspensorum ipsius collo, cum initia-
„ retur „.

12. Et revera nonne invictissima veterum monumenta, et testimonia, tum in marmoribus, tum in aere, tum quibuslibet aliis in rebus insculpta mirifice illorum auctorum adiuvant fidem? Aereum siquidem pervetustum anaglyphum apud Bonarrotium (1) conspicitur, ubi Asinus depingitur cum tintinnabulo ad collum appenso, cui Faunus cum fistula, pelle, ut videtur, leonis loco ephippii interiecta, insidet. Is (2) aliud etiam exhibet monumentum ex antiqua crystallina lamina petitum, qui alterum repraesentat asinum tintinnabulo in collo suo adornatum, cui agrestis homo pabulum suppeditat.

13. Veteris item cuiusdam Bacchanalis lapidi ametysto insculpti effigiem referunt, et explicant Dominicus De Rubeis, atque Paulus Alexander Maffeius (3), ubi cernitur Bacchus asino, cu.

(1) In Opere inscripto *Osservazioni istoriche sopra alcuni Medaglioni antichi p.* 95. *Ed. Rom. an.* 1698.

(2) *Ibidem p.* 345.

(3) In opere cui titulus *Gemme antiche figurate date in luce da Domenico De Rossi colle Sposizioni di Paolo Alessandro Maffei P.* 4. *Tom.* 2.

ius collo inest tintinnabulum, insidens.

14. Id genus est quoque marmoreum illud signum vel ex hortis Coelimontanis vel ex aedibus Matthaejorum haustum, et à Rodulphino Venuti (1) editum in lucem, ac (2) explicatum, in quo Bacchus nudus, atque vultu juvenili refertur, hedera, et vittis redimitus, idemque sedet ore supinus in asello tigridis pelle strato, suis alligato, et retento habenis, atque tintinnabulo ad eius collum appenso.

15. Tintinnabulum item plerumque de collo asini eius, in quo sedens fingitur Silenus, pendens à veteribus mo-

in Roma 1709. *fig.* 90. *Baccanale in Ametisto* haec habet „ Bacco Giovane stà sopra un' asino circondato „ dal solito coro, ed' accompagnamento delle donne, „ e degli uomini Baccanti, che fanno secondo il loro „ costume moti, e gesti scomposti. All' opposto „ Bacco languido, e quasi preso dal sonno sembra, „ che dalla sua bestia stia per cadere. . . . . Pende „ dal collo dell' asino un campanello, d' onde con singolare esempio apparisce, che l' usanza moderna „ deriva dalla venerabile antichità. Lascio di parlare del pedo, e dei cembali, che vi si vedono „ scolpiti, perchè altrove se n' è detto abbastanza „.

(1) *In Monument. Matthaejan. To.* 1. *Class.* 1. *tab.* 13.

(2) *Ibidem pagg.* 10. *et* 11.

numentis repraesentatur , cuiusmodi praesertim sunt illa, quorum alterum ex Mediceo Museo sumptum Gorius (1), alterum ex Albania villa petitum recensent Auctores *Encyclopediae Methodicae Parisiensis* (2).

16. Veteres etiam Christiani quoniam non raro in sacris eorum tabulis asini depinxerunt imaginem, eiusdem collo saepe adiunxerunt tintinnabulum, indubium sane tum vetustioris, tum suae hac de re consuetudinis indicium. Huiusmodi praesertim est vitreum illud monumentum, quod é sacris nostris coemeteriis erutum, ac aere impressum idem vulgavit Bonarrotius (3), in quo asinus

(1) *In Museo Florent. To. 1. p. 164. Tab. 90. Gemma 3.*

(2) *Encyclopedie Methodique Classe Antiquités To. 2. Art. Cloches, Clochetes p. 90. Col. 1.* ,, L'âne, (legitur) sur le quel Silene est monté, porte ordinairement une clocheté pendue au cou. C' est ainsi, qu' il est represente sur un monument sepulchral de la vigne Albani, ou on lit : ΖΩΗϹ ΑΝΑΜΝΗϹΙϹ. *Le souvenir de la vie* ,,.

(3) In Opere, cui titulus *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro ornati di figure trovati ne' cimiteri di Roma Tav. 9. fig. 4., et p. 73. Edit. Flor. an. 1716.*

duntaxat refertur, e cuius collo tintinnabulum pendet.

17. Et ab Aringhio (1) cuiusdam Christiani marmorei sarcophagi affertur imago, ubi subter asinum, cui Salvator in sanctam civitatem triumphalis introiens insidet, alius nudus adest asellus cum tintinnabulo, quod idcirco, veluti patet, ei pendet é collo, vel ne tam facile deperdi, vel ut deperditus idem nullo negotio inveniri, dignosci, ac recuperari posset.

18. Quin „ et Romae quoque (ait Magius (2)) „ in antiquis marmoribus, „ et sculpturis visuntur Elephanti, e „ quorum collo propendent tintinnabu- „ la: quam rem et in vetusto numis- „ mate me olim observasse memini hac „ forma„quam ipse(3)quoque impressit; Elephans scilicet refertur, cui loco ephip-

(1) In Opere inscripto *Roma subterranea novissima lib.* 2. *C.* 10. *To.* 1. *p.* 295. *Ed. Rom. an.* 1651. In *pp.* autem 331. *loco cit.*, *et* 621. *l.* 3. *C.* 22. licet alia duo afferantur sarcophaga, in quibus idem repraesentatur, in iisdem tamen collo aselli deest tintinnabulum, quod ei adesse per errorem *loco* nunc *cit.* ponit Bonarrotius.

(2) *In libro de Tintinnab. C.* 8. *p.* 40.

(3) *Ibid. p.* 41.

pii est intexto opere ornatum peristrema, et de cuius collo majus, ac elegans tintinnabulum suspensum animadvertitur. Eadem quoque perhibent duo illa numismata aere impressa apud Ursinum (1), in quibus repraesentantur Elephantes cum tintinnabulis collo appensis. Quae sane monumenta, cum et Romae extiterint, et apud Caeciliam familiam in eadem Urbe degentem fuerint, vetustissimam Romanorum hac de re consuetudinem indubie arguunt. Tanta siquidem est huiusmodi numismatum antiquitas, ut eadem ipsum sibi vindicet veteris reipublicae tempus. Etenim „ Elephanti (ut verbis utar Ursini (2)) „ qui in altera parte priorum denario„ rum notati sunt, ad celebranda per„ tinent monumenta Lucii Metelli ejus, „ qui consul cum Furio Paulo fuit an-

(1) Numisma n. 8. Tabulae 1. et 2. familiae Caeciliae pp. 49. et 50. in Opere cui titulus „ *Familiae Romanae in antiquis numismatibus ab orbe condito ad tempora Divi Augusti ex Bibliotheca Fulvii Ursini cum adiunctis Antonii Augustini Episcopi Ilerdensis, Carolus Patin Doctor Medicus Parisiensis restituit, recognovit, auxit. Parisiis* 1663. „

(2) *Ibidem*

„ no DII., et proconsul insignem de „ Poenis victoriam adeptus triumphum „ egit VII. Idus Septembris DIII., in „ quos primus Elephantos duxisse di- „ citur „. E collo etiam illius elephantis loricati, cui alter ex duobus iis Orientis regibus, qui a Baccho debellati finguntur, insidet manibus captivorum more post terga revinctis, pendens tintinnabulum cernitur in aerea imagine marmorei cuiusdam anaglyphi, quam ex Musaeo Morelliorum haustam attulit, ac explicavit Gorius (1), ex cuius tamen opinione eius „ sculpturae characteres (veluti ait (2)) indicant, opus huiusmodi „ respicere sequiora post Caesares Antoninos tempora „.

19. Johannes Smetius (3) nonnulla in privato suo Museo asservari tradit tintinnabula, quae, sicuti ait „ jumentorum collo fuerunt appensa „. Pacichellus (4) etiam vetusta quaedam, et

(1) *Inscription. antiqu. Part. 3. seu Vol. 3. in App. postr. pp. CXIV. et CXV.*

(2) *Ibidem p. CXV.*

(3) *In Antiquitat. Neomagen. pag.* 155.

(4) *In lucubratione de tintinnabulo Nolano C. 1. p.* 10.

aenea hujusmodi signa in Musaeo Cl. Joannis Ciampini se deprehendisse memorat quadrupedum collis appendi solita „ cum interiori annulo (ut ipse ait) , „ sed absque lingua , ex eoque aliud „ ferreum , ac levissimum , quod potius „ quoque sonaculum „ .

20. Id veteres muliones, atque agasones tum ornatus, tum oblectamenti gratia in more habuisse suspicantur Magius, et Sweertius. „ Olim oblectamenti, atque ornatus gratia (inquit „ Magius (1)) muliones, atque agasones equis, mulisque tintinnabula alligabant, quod et hodie passim fieri „ videmus. Quamobrem Lucianum primum, mox Apulejum asinis illis suis „ egregiis tintinnabula suspendisse videmus „ . Etenim „ assiduo usu compertum est, (subiicit Sweertius (2) eadem Polidori Virgilii (3), quem tamen non memorat, exscribens verba) „ mulos valde

(1) *Ibidem* .

(2) *In Notis ad locum cit.* Magii p. 89. verbo *Muliones* . Eadem habet Bignonius in *Not. ad legem Salicam ad tit.* 29. *sub n.* 1.

(3) *De rer. inv. l.* 1. *C.* 14.

„ delectari tintinnabulorum sonitu: quapropter muliones multijuga tintinnabula ad illorum colla suspendere solent, quo facilius sarcinarum labores perferant „ : perinde ac Auctori vitae S. Frontonis Abbatis (1) fretus pandit etiam Du Cange (2) . Ipsos autem muliones, et asinarios alicubi, Antiochiae scilicet, vel Costantinopoli, ubi degebat, aetate sua tintinnabula quatere consuevisse tradit S. Joannes Chrysostomus (3), qui tamen plane reticet modum, et occasionem, qua id ab iis perageretur.

21. Hasce conjecturas certe improbat Schefferus. Iisdem siquidem exscriptis ita subiicit (4) „ Verum magis est, „ ut existimemus factum, quod (5) ad-

(1) *N.* 12.

(2) *In Glossario ad Script. med. et infim. Latin. To. 6. Art. Tintinnum* „ Equis vero, (inquit) saginariis praesertim, ac mulis onerariis tintinnabula pariter dantur, quod tinnitu mulceantur, et sono laborem leniant „ ,

(3) Tum in *Sermone de laudibus Monachorum*, tum *in Hom.* 14. *in Epistolam ad Timoth.*

(4) *De re vehiculari veterum l.* 2. *C.* 2. *apud Polenum To.* 5. *Supplem. p.* 1259,

(5) Eamdem plane Schefferi hac de re sententiam

„ ventantibus alii occurrentes in tempore decederent de via, praesertim „ cava, vel angusta, sono tintinnabulorum exaudito, propter caussas, quas „ superius adduxi. Quanquam postea „ et alterum sit observatum; videturque Phaedrus noster innuere, quando „ mulum superbum facit jactantem illud tintinnabulum, velut gaudio, et „ per ostentationem „. Quae sane Schefferi opinio, atque coniectura contemni omnino nequit. Quanquam in tanta eruditorum dissensione, maxime silentibus veteribus scriptoribus, nihil certi, et statui a nobis, et definiri possit.

22. Veteres autem ipsas etiam equorum phaleras, et fraena tintinnabulis ornare consueverunt; Hunc porro morem apud veteres Hebraeos in usu fuisse, ac eumdem a Zacharia Propheta proditum esse arbitrantur interpretes eo in loco, ubi ait (1) „ In die illa erit, „ quod super fraenum equi est, sanctum „ Domino „. Quippe quae verba illa *su-*

adscivit, ac, iisdem fere adhibitis verbis, pandidit Johannes Smetius *loco et pag. cit.*

(1) *Zachariae C.* 14. v. 20.

per fraenum equi vertenda fuisse ii ex probatissimis versionibus putant (1) *su-*

(1) Cornelius à Lapide in *Comm. in XII. Prophetas minores p.* 784. ad hunc locum ita subiicit ,, Hebraeus est *metsillot*, quod Septuaginta, Syrus, Arabicus, Antiochenus, et Noster vertunt *fraenum*. ,, Caussam dat Marinus in Lexico. Crederem, ait, *metsillot* esse partem illam fraeni ferream, quae prominet ex ore equi (quae vulgo dicitur *morso del Cavallo*) sic dictam à collisione, et tinnitu puto à nomine *tsiltsel*, quod per onomatopejam significat cymbalum (vel quid simile) tinniens, Hinc secundo R. ,, David et Pagnin. vertunt *tintinnabulum*, quod muliones ex capite vel collo mulorum, et equorum onerariorum, praesertim principum, suspendunt tum ,, ad ornatum, tum ut ex eius sonitu sciatur, ubi sint, ,, nè si a via aberrent, perdantur. Unde *Pagnin*. vertit *in illa die erit super tintinnabula equorum sanctitas Domino*. q. d. Tintinnabulis equorum insculpentur hae duae voces *sanctitas Domino*, ut significetur ea esse consecrata Deo. Tertio Chaldaica, ,, et S. Hieron. in Comment. vertunt *phaleras*, quae ,, tegunt, ornant, et obumbrant equum; radix enim ,, *tsalal* significat tegere, obumbrare: unde *tsel* est ,, umbra. Quocirca Chald. vertit *in tempore illo erunt* ,, *onus phalerae equi sanctificatae Domino*; et Tigurin. ,, *in die illo consecrabitur Domino, quod est in equorum* ,, *phaleris*; *Quarto*, Clarius vertit *collaria*; alii *stragula, et quaevis equorum ornamenta*; denique Arabicus Alexand. vertit, *putridum*, vel *tabem equi* ,,. Calmetus ad hunc locum *p.* 895. *To.* 6. *Comm.* ad ea verba *Erit quod super fraenum equi est, sanctum Domino* ,, Aurum, argentumque, (ait) quo phalerae, ,, et ephippia equorum ornantur, sacrum Domino erit. ,, Milites, Principes, fortes viri confluent, ut obse-

per tintinnabula, *vel tintinnabulum equi*. Recentiores etiam Hebraeos soli-

„ quium Domino exhibeant, rebus carissimis, ac pre-
„ tiosissimis illi dedicatis. Id praesertim in Constanti-
„ no micuit, qui, ditata sacris vasis Ecclesia, munifi-
„ centiam suam commendavit. Illum imitati quovis
„ tempore piissimi Principes, ac liberales, amplissima
„ munificentiae monumenta in Christianorum templis
„ reliquere. Aliter multo redditur Haebreus: *Quod*
„ *est super tintinnabula equi*, *sanctum erit Domino.*
„ Vel: Equorum tintinnabulis caeterisque ornamentis
„ inscriberetur sanctum Domino. Sunt qui vertant:
„ *Inscribetur praesepibus equorum: Sanctum Domino.*
„ Sordidissima loca purgabuntur, Deoque consecrabun-
„ tur. Aquila, et Theodotion reddidere Βύϑον *profun-*
„ *dum*, id quod Septuaginta χάλινον *fraenum*; et He-
„ braeus S. Hieronymi doctor, *phaleras* vel ornamenta
„ equorum. Fraena olim erant splendidissima, et in-
„ terdum aurea. (Aeneid. VIJI.)

„ *Fraenaque bina meus quae nunc habet aurea*
„ *Pallas*

„ In Darii castris ab Alexandro superati (Q. Curt. I.3.)
„ *jacebant toto campo opes regiae aurea vasa*, *aurei*
„ *fraeni*. Equos a Rege Latino ad Aeneam dono mis-
„ sos describens Virgilius ait (Aeneid. 7.)

„ *Aurea pectoribus demissa monilia pendent*.
„ *Tecti auro*, *fulvum mandunt sub dentibus aurum*.

„ Credimus Hebraicam vocem significare tintinnabula,
„ quibus bellicorum equorum habenae, et collum or-
„ nabantur, ut illi fragori assuescerent, atque ita
„ vertimus: *Et erit super tintinnabula equorum* in-
„ scriptum hoc lemma: *Sanctum Domino*. Vide Dis-
„ sertationem de Musicis Hebraeorum instrumentis, ubi
„ de *mizeloth*, quae hic nominantur „.

tos fuisse fraenis equorum adiicere tintinnabula, perspicue innuit R. *innominatus* (1).

23. Eadem apud alias quoque gentes servata fuit olim consuetudo. Romanos eam tenuisse tradit Phavorinus (2). Veteribus autem Graecis idipsum in more fuisse Aristophanes (3), et Apollonius (4), ac, iis ducibus, vetus illius Scholiastes (5), Suidas (6), et Phavo-

(1) *In C. 1. Cantic.*, ubi sic loquitur „ Debet exponi praesentiae exigentium, ut sint tintinnabula adnexa fraenis equinis novorum equitum „.

(2) Loco inferius exscribendo *pag. seq. Adnot.* 1.

(3) *In Ranis pag.* 168. *Edit. Basil. an.* 1547.

(4) Id Apollonium tradidisse perhibet Graecus Aristophanis Scholiastes loco mox afferendo.

(5) *Ad cit.* Aristophanis locum *p.* 168. recensitae editionis in margine cuius ipsa mox exscribentur verba.

(6) *To.* 2. *p.* 360, *in verbo* Κωδωνοφαλαροπώλυς. Ubi eosdem Aristophanis versus in huius, de quo agit, usus confirmationem affert, „ Κωδωνοφαλαροπώλυς (ait) Κώδωσίν εἰς τὰ φάλαρα χρωμένυς.
„ Οὐδ', ἐξέπληττον αὐτὺς κύκνυς ποιῶν καὶ
„ Μέμνονας
„ Κωδωνοφαλαροπώλυς „.
Videlicet „ Κωδωνοφαλαροπώλυς Nolas phaleris „ equorum addentes. *Neque perterrefeci eos, Cycnos, „ et Memnonas imitans, nolas equorum phaleris addentes* „.

rinus (1) luculentissime perhibent. Graecis vero Cycni, et Memnones in hoc adhibendo usu jampridem praeluxerunt. Quoniam eos a Graecis esse illa occasione imitatos idem narrat Aristophanes.

„ Neque perterrefeci eos (inquit (2))
„ Cycnos, et Memnonas imitans
„ Nolas equorum phaleris addentes „.

Quamobrem hunc locum, qui Graece sic se habet,

(1) *In magno Dictionario*, *sive Thesauro universae Linguae Graecae* in Verbo Κωδωνοφαλαροπώλυς *p.* 461. *Col.* 2. *Edit. Ven. an.* 1712. recensitum Suidae locum exscribens inquit „ Κωδωνοφαλαροπώλυς, Κώδωσιν εἰς τὰ φάλαρα χρωμένυς. κδ' ἐξέπληττον αὐτὰς Κύκνυς ποιῶν ϰ μέμνονας κωδωνοφαλαροπώλυς, Ἀριστοφάνης „. Scilicet „ Utentes tintinnabulis in pha„ leris; neque perterrefeci eos, Cycnos, et Memno„ nas imitans nolas equorum phaleris addentes. Aristo„ phanes „. Et *ibidem* in Verbo Κώδωνας (subiicit) „ Κώδωνας ἐν τοῖς Φαλάροις ϰ χαλινοῖς τῶν ἵππων οἱ στρατηγοὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς εἶχον ὥσπερ ϰ νῦν. Κωδωνοφαλαροπώλυς λεγει Ἀριστοφάνης τὺς χρωμένυς κώδωσι. Καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὁμοίως ὥπερ ἐγω Βαρῖνος πολλάκις ἑώρακα „. „ Nimirum „ Tintinnabula in phalaeris et fraenis equo„ rum milites apud veteres habuere, sicut nunc quo„ que. Equos cum phaleris tintinnabula habentibus „ memorat Aristophanes de iis, qui usurpant. Simile „ quid et Romanis usitatum sicut ego Varinus saepissi„ me conspexi „.

(2) *Ibidem*.

Οὐδ᾽ ἐξέπληττον αὐτοὺς
Κύκνους ποιῶν καὶ Μέμνονας
Κωδωνοφαλαροπώλους

aliter vertentes merito reprehendit Schefferus.

„ Hoc sic reddiderunt Latine (ait (1))
„ *Effingens Memnonas, Cygnosque No-*
„ *lipharopolas.*

„ Sed non exprimunt sententiam vo-
„ cis Graecae. Ea nanque illud no-
„ tat, quod est dictum in superiori-
„ bus, cujus respectu poterant dixisse
„ *nolaphalaropullos*. Nam et Scho-
„ liastes ibi aperte Κωδωνοφαλαροπώλους
„ Απολλώνιος φησιν, ὅτι παρηνεγκε χρωμένους
„ Κώδωσι τινας, κώδωνας ἐν τοῖς φαλάροις,
„ καὶ χαλινοῖς τῶν ἵππων ἔχοντας. *Codo-*
„ *nophalaropolos, idest nolaphala-*
„ *ropullos Apollonius ait vocari, quod*
„ *proponat quosdam nolis, seu tintin-*
„ *nabulis utentes, qui tintinnabula in*
„ *phaleris, et fraenis habent equorum.*
„ Dicit aperte, in phaleris, et fraenis
„ equorum habuisse ista tintinnabula.

(1) *De re vehicul. vet. l. 1. C. 13. To. 5. cit. Supplem. p.* 1171.

„ Ut sic πῶλοι denotent non polas, ut „ verterunt, verum equos. Et de talibus accipiendum est, quod habet „ Diodorus lib. 18. agens de Mulis in „ curru Alexandri καὶ παρ' ἑκατέραν τῶν „ σιαγόνων εἶχεν ἐξηρτημένον κώδωνα χρυσοῦν, „ *ad utramque maxillam habebant, „ extans tintinnabulum ex auro* „.

24. Eadem quoque pluribus in locis nobis perhibet Pollux (1). Quem tamen potius de tubàrum ore, ut idem sensit Schefferus (2), vel de quibusdam

(1) *In Onomastico Edit. Amstael. an.* 1706. *Segm.* 168. *l.* 10. *C.* 40. *p.* 1355. *To.* 2. „ Καὶ κώδων δὲ ἐστι τῶν σκευῶν „ : Scilicet „ Nola quoque instrumentum „ fuerit „. *Et Segm.*110. *l.*6.*C.*19. *p.* 634. *To.* 1. „ Τοῦτο δὲ καὶ τὸ κοτταβεῖον, κάτακτον Ἀριστοφάνης καλεῖ, ἢ κότταβον, προσεικάζων αὐτὸ κώδωνι σάλπιγγος „. Videlicet „ Quod idem Aristophanes, Cottabium ruptile, aut Cottabium appellat, tubae tintinnabulo „ illud assimilans „. *Et Segm.* 56. *lib.* 10. *C. XIII. pp.* 1212. *et* 1213. *To.* 2. „ Ἐκαλοῦντο δὲ τινες καὶ αὐλωτὰ φιμοὶ, διὰ τὸ κώδωνας ἔχειν προσηρτημένους; οἷς ἐγχρεμετίζοντες οἱ ἵπποι ἦχον ἐποίουν προσόμοιον αὐλῷ „. Nimirum „ Sunt et fraeni quidam fistulati eo quod „ tintinnabula habeant appensa: quibus equi inhinnientes sonum reddunt fistulae persimilem „.

(2) *Ibidem pp.* 1170. 1171. *et* 1172. „ *Capistrum* (ait) hoc loco dicitur vinculum ex vimine, quo summus vitis ramus in capite devinctus religatur ad jugum solemni hodieque ratione. Quod an locum habeat in φιμὸς et

aliis aeneis instrumentis, tibiis scili-

φιμῶν Graecorum nec dum habeo compertum. Illud singulare est, quod reperiantur et φιμοὶ αὐλωτοί. Sic enim habet Pollux; Ἐκαλοῦντο δέτινες αὐλωτοὶ φιμοὶ διὰ τὸ κώδωνας ἔχειν ἐπηρτημένους οἷς ἐγχρεμετίζοντες οἱ ὅπποι ἦχον ἐπόουν προσεμοιον αὐλῷ. Vertit Gualterus: *Sunt et fraeni quidam fistulati, quod tintinnabula habeant appensa, quibus equi inhinnientes sonum reddunt fistulae persimilem*. In hac versione multa sunt, quae probari non possunt. Primum φιμὸν reddit fraenum. At pro fræno illam vocem usurpari nunquam observavimus. Nam Pacati locus agit non de instrumento equestri, verum ad supplicia et poenas pertinente. Deinde nec αὐλὸς est fistula, sed tibia, quae differt plurimum. Praeterea nec illud quadrat, quod fraena illa dicat habuisse tintinnabula, et tamen dicta esse fistulata. Nam a tintinnabulis qui dici queat fistulatum? Sed et illud parum liquet, quomodo illa tintinnabula sonora facere potuerint hinnitu potius quam motu corporis et agitatione alia . . . Sed et phaleras et fraena culta olim apud veteres Romanos sic fuisse observat Phavorinus,,. Κώδωνας ait ἐν τοῖς φαλάροις etc.,, Sicut au-
,, tem haec de tintinnabulis in fraennis certa sunt, sic in-
,, certum, an quid faciant ad Pollucem, nam ipse loqui-
,, tur non de phaleris, nec fraenis, sed φιμοῖς. Deinde
,, Φιμοὺς appellat non κωδωνοφόρους, sed αὐλωτοὺς
,, Maximum vero quod hic obstat, illud est, quod
,, κώδωνες hic sonum edant non agitatione, sed hin-
,, nitu equi., eoque fine appendantur. De Κώδωσι
,, vulgaribus sic ait Suidas: Κώδων παρὰ τὸ ἐν τῷ
,, κινεῖν ᾄδειν. *Codon seu tintinnabulum est dictum,*
,, *quod tinnitum, sonumve edat, quando movetur*.
,, At κώδωνες apud Pollucem edunt sonum tum demum,
,, cum in eos hinnit equus. Quare potius adducor, ut
,, existimem has Κώδωνας fuisse instar cymbalorum

cet, ut censuit Tiberius Hemsterhvi-

„ aereas patellas, intus cavas, sensimque dilatato am
„ bitu, patentes, in quas dilapsus equi hinnientis so-
„ nus majori voce relabebatur. Aesychius: Κώδων,
„ σάλπιγξ, ἠχεῖον, κύμβαλον, μύκων κάλυξ. Ita haec
„ sunt distinguenda. Dicit Κώδωνα, quem alias nolam
„ seu tintinnabulum exponunt, significare quoque tu-
„ bam vasculum aeneum voce repercussa, sonum edens,
„ cymbalum, micona et calicem. Quibus verbis et
„ per ea adductis rebus liquet abunde, κώδωνα signi-
„ ficare cavum aliquod ex aere, quod acceptum majori
„ claritate reddebat sonum. Convenit Scholiastes Sopho-
„ clis in Ajace, quando ait Κώδων τὸ της σάλπιγγος
„ πλατὺ Codon est illud in extremitate tubae patu-
„ lum latumque. Nam et hoc ejusdem plane speciei
„ est cum caeteris. Hujusmodi Κώδωνας igitur seu
„ patellas cymbalorum specie habebant aliquando in
„ Φιμοῖς, quae quia sonum reddebant repecussum equi
„ voce, ideo rectissime ἀυλωτοὶ vocati sunt. Hesy-
„ chius Α'υλωτοὶ Φιμοί οἱ κημοι διὰ τὸ τοῖς κημοῖς
„ κώδωνας προσῆφθαι, εἰς ἃς εμφυσωντες οἱ ἵπποι
„ φωνὴν. σάλπιγγος προΐεντο. Sic editum est in vul-
„ gatis, sine sensu. Legendum absque dubio, ac di-
„ stinguendum: Α'υλωτοι φιμοὶ η κημοὶ διὰ τό etc.
„ *Sententia est, Phimi aut cami tibiati quia camis co-*
„ *dones addebant, in quas inflantes equi vocem tubae*
„ *edebant*. Ostendit, sonum illum fuisse gravem tubae
„ instar, unde manifestum est, huc nihil pertinere tin-
„ tinnabula, de quibus ante dictum fuit. Maxime cum
„ et ipse asserat, non aliter edidisse sonum, quam in-
„ flati ab equis, quod quo pacto factum sit, ostendit Pol-
„ lux, quando pro Hesychii ἐμφυσῶντες ἐρχρεμετίζον-
„ τες usurpavit. Cum Hesychio convenit et Eusta-
„ thius, cuius verba de hac re leguntur in Il. Σ.
„ Αἰσχύλος ϗ Φιμὸς (Male in Basileensi editione qua-

sius (1), quam de tintinnabulis verba

,, tuor , legitur θημῦς) λέγει αυλωτῦς διὰ τό κώ-
,, δωνας φησί προσῆσθαι αὐτοῖς , οἱ ἐμφυσῶντες οἱ ἵπ-
,, πει , ὡς φωνὴν σάλπιγγος πρoῖεντο . Γράφει ὖν ὕτως .
,, Ος εἶχε πόλυς τέτταρας ζυγηφόρυς φιμοῖσιν αὐλωτοῖ-
,, σιν ἐςομωμένας . Memorabile in his verbis Heschyli
,, est testimonium . Nam ostendit , genus hoc Φιμῶν
,, pertinuisse ad equos , quos et ipse πόλυς vocat , si-
,, cut supra Aristophanes , qui hinc lucem accipit ,
,, nec ad equos singulares , ita ut ad eos, quos adjun-
,, gere ad vehicula solebant . Ob hanc caussam enim
,, πόλυς ζυγηφόρυς vocat quasi aut *Jugales* , aut *Juga-*
,, *rias* equas diceres . Sed et illud ἐστομωμένας Φιμοῖ-
,, σιν declarare videtur, quasi κώδωνας illos seu patel-
,, las habuerint religatas ad ora fiscellarum instar .
,, Quae fortassis causa est verissima , cur φιμοὶ αὐλω-
,, τοὶ sunt dicti . Non quod φιμοὶ hic essent fraeni, si-
,, cut hactenus intellexerunt apud Pollucem , et alibi
,, viri docti , verum quod fiscellae ad hunc modum for-
,, matae, ut haberent instar patellae , cymbalive , aut
,, tubae . Quam verissimam sententiam existimo , et
,, propterea Pollucis locum integre sic expono : *Appel-*
,, *lantur vero et fiscellae quaedam tibiatae , quia ha-*
,, *bent appensas codonas . idest , patellas , instar cym-*
,, *balorum , aut orificiorum patentium in tubis , quas*
,, *cum equi hinnientes inflant , edunt sonum veluti tu-*
,, *barum* ,, .

(1) Ad ea verba τινὲς αὐλωτοι Φ.) haec habet Tiberius Hemsterhvisius in Notis *To.* 2. *pp.* 1212. *et* 1213. ,, Καὶ illud insertum è Mss. , tum deinde Kuh-
,, nius in textu recté πρoσηρτημένυς , ut scilicet Mss.
,, praeferunt : *Schefferus* ἐπηρτημένυς scripsit , ubi uti-
,, tur hoc loco lib, 1. cap. 13. videndus omnino de his
,, αὐλωτοῖς φιμοῖς , quos erudite exponit : sed in ex-
,, planando Polluce rem acu non satis tetigisse videtur

eo in loco fecisse nonnulli eruditorum contendunt.

25. Atque hinc certe de aureis tintinnabulis ori equorum appensis intelligi debet Virgilius, dum ex Homero describit equos a Latino Rege Oratoribus Aeneae dono datos. Sic enim ait ipse (1)

„ Omnibus extemplo Teucris jubet ordine duci
„ Instratos ostro, alipedes, pictisque tapetis.
„ Aurea pectoribus demissa monilia pendent;

„ vir doctissimus: igitur apponere hic lubet Latinam, „ quam ibi concinnavit, verborum horum interpretationem: *Appellantur vero et fiscellae quaedam tibiatae, quia habent appensas codonas idest patellas instar cymbalorum, aut orificiorum patentium in tubis, quos cum equi hinnientes inflant, edunt sonum veluti tubarum*. De tubis certe Pollux non loquitur, „ sed de tibiis, quarum canori sonitum τῶν αὐλωτῶν „ φιμῶν assimilat: neque etiam capio κώδωνας eo modo, quo *Schefferus*, quod alienum videtur ab *Onomasticographi* mente, sed de quibusdam aeneis instrumentis, quae tintinnabulorum seu κωδώνων instar erant; illaque cum inflarentur, sonitum tibiis similem edebant: et haec habuerunt equi φιμοῖς „ appensa: res ipsa loquitur „.

(1) *Aeneidos lib. 7. vv. 275. et seqq.*

„ Tecti auro , fulvum mandunt sub den-
„ tibus aurum „ .

26. Ipsi autem equorum fronti Thraces appendere plura etiam tintinnabula consueverunt . Non aliter siquidem equis illis , quibus Rhesi Thracum ducis Trojanis adversus Graecos subsidio proficiscentis currus vehebatur , Euripide (1) teste , multa inerant tintinnabula .

27. Antiquis scriptoribus in hoc eodem asserendo , et comprobando usu probatissima quoque concinunt monumenta , Sic enim constat ex pervetusto illo sarcophago , cujus imaginem aere

(1) *In Tragoedia* , cui titulus Ρῆσος i. e. *Rhesus* vv, 301. *ad* 309. *Tragoediarum To.* 1. *p.* 638. *Ed. Lips. an.* 1778.

„ . . . . . Ὁρῶ δὲ Ῥῆσον , (ait)
„ ὥστε δαίμονα
„ Ἑστῶτ᾽ ἐν ἵπποις Θρηκίοις τ᾽ ὀχήμασιν .
„ Χρυσῆ δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρων
„ Πώλων ἔκληε , χιόνος ἐξαυγεστέρων .
„ Πέλτη δὲ ἐπ᾽ ὤμων χρυσοκολλήτοις τύποις
„ Ἔλαμπε · Γοργὼ δ᾽, ὡς ἐπ᾽ αἰγίδος θεᾶς ,
„ Χαλκῆ , μετώποις ἱππικοῖσι πρόσδετος ,
„ Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον „ .

Videlicet

„ . . . . Ibi vidi Rhesum , veluti Deum
„ Stantem in equis , et Thraciis curribus .

insculptam affert, et explicat Gorius (1), in quo conspiciuntur duo jugales equi Circensibus ludis, quibus antiquitus non raro sepulcra ornabantur, vel funebribus bigarum decursionibus, certaminibus videlicet in honorem defunctorum tunc celebrari solitis, ineundis destinati; ac iidem dextera parte currentes cum lunulis, et tintinnabulis e pectoralis fascia, seu loro tanquam e monili pendentibus. Item extat apud Lipsium (2) aereum numisma Heraclii Imperatoris, quod refert Imperatorem sedentem in vehiculo, quod a tribus tra-

„ Aurea autem bulla collum jugalium
„ Equorum claudebat nive candidiorum.
„ Pelta vero in humeris aureis figuris
„ Fulgebat : Gorgo vero velut in Deae Palladis Clypeo
„ Ferrea fronti equorum alligata
„ Cum multis tintinnabulis sonum
„ terribilem edebat „.

(1) In Opere inscripto *Monumentum sive Columbarium Libertorum, et servorum Liviae Augustae, et Caesarum Romae detectum in via Appia anno* 1726. *ab Antonio Francisco Gorio descriptum, et XX. aere incisis Tabulis illustratum, adjectis Notis Cl. V. Ant. Mariae Salvini Tab. XI. Florentiae* 1727., quod extat etiam *apud Polenum To. 3. cit. Supplem.*

(2) *De Cruce lib. 3. cap. 16. Opp. To. 3. p. 675.*

hitur equis, eorumque tertius, qui caeteros praeit, habet tintinnabulum e pectorali rursus fascia seu loro ea praesertim in parte, quae pectus respicit, cujusdam certe funiculi ope appensum. Quippe quod, equo illo currente, ejusque dextero usque ad pectus ipsum elevato foemore, ac eodem prope genu ita inflexo, ut inde dexterum item plane pendeat crus, et pes, recensitum tintinnabulum, donec equus in hujusmodi perseverat actu suspensum apparet inter ipsam inferiorem foemoris partem, alterumque sinistrum ejusdem equi crus una cum pede terrae innixum. Jacobus Sponius etiam (1) affert, et (2) explicat monumentum, in quo repraesentatur quadrigarius circensis quatuor equos regens, ac alteri eorum insidens, quorum singulis è pectorali ornamento seu fascia quatuor, ut videtur, pendent tintinnabula. Qui sane mos adjungendi tum equorum frenis, et phaleris, nec

(1) *In Miscellan. eruditae antiquitatis sect. 9, num. 15, p.* 308.

(2) *Ibidem p.* 309.

non caeteris eorumdem ornamentis tintinnabula usque ad recentiorem pervasit aetatem, maxime ad Francos cuiusmodi luculentissime perhibent Nicetas (1), Arnoldus Lubecensis (2), Philippus Mouskes (3), Raimundus Montanarius (4), Monstrelletus (5), Chronicon, quod Scandalosum appellant (6), Octavianus (7), Weso Columberius (8), Ceremoniale Francicum (9), tum Rodulphus (10), aliique complures.

28. Ne quis autem putet solius ornatus caussa. quod recte monet Gorius (11), tintinnabula equis adjici antiquitus consuevisse. Iis enim eadem praeterea quoque adjungebantur, sive, quemadmodum idem subiicit (12),, inve-

(1) *In Manuele l. 6. n.* 4., ubi Francos Antiochenos describit torneamentum inituros cum imperatore.

(2) *Lib.* 2. *Cap.* 16. (3) *In Philippo Aug.*

(4) *In Chron, Aragon. cap.* 124. *de milite Gallo*.

(5) *Vol.* 1. *cap.* 62. *de rege Ludovico*.

(6) *Pagg.* 20. *et* 93.

(7) *In Viridario honoris de S. Gelais.*

(8) *In Theatro honoris To.* 1. *p.* 60.

(9) Eo in loco, quo de solemnibus Regum ingressibus agitur.

(10) *In Vita S. Richardi Episcopi. Cestrensis n.* 44.

(11) *Ibidem*. (12) *Ibidem*.

„ locioris, effusiorisque cursus incita-
„ mentum, ut acrius perarguto tinnitu
„ excitarentur, quemadmodum et ho-
„ die fit, appositis perstreperis orichal-
„ ci bracteis in equis cursoribus in Flo-
„ rentino stadio „ nec non apud nos Romae; sive ut metum, atque terrorem hostibus incuterent; sive ut ad belli strepitum ii assuescerent; sive demum ut probarentur, utrum iidem fortes essent nec ne. Illud nanque tria illa nuper (1) recensita evincunt monumenta, ubi cum vel de Circensibus ludis, vel de funebri bigarum decursione ineunda, vel de equo currum trahente, atque currente res sit, nonnisi velocioris cursus incitandi gratia ejus aut monili, aut fraeno tintinnabula fuisse adjecta, clare aperteque patet.

29. Equis etiam ad bellum prodeuntibus tintinnabula veteres idcirco adjunxisse, ut, inde ingenti quodam excitato strepitu, metus atque terror hostibus incuteretur, pandit Euripides. Hic enim de tintinnabulis equorum, quibus

(1) §. 27.

Rhesi Thracis ad Trojanum bellum pergentis vehebatur currus, disserens, adjicit ea sonum terribilem edidisse.

,, ... Gorgo vero (inquit (1))
,, velut in Deae Palladis clypeo,
,, Ferrea fronti equorum alligata,
,, Cum multis tintinnabulis sonum
,, terribilem edebat ,, .

30. Quotidiana item tintinnabulorum sonitus audiendi assiduitate, atque longa consuetudine generosos equos praeliis designatos bellico strepitui perferendo antiquitus assuefieri solitum fuisse, manifeste apparet. Caeteri siquidem equi ab eorum domitoribus, ut legitur apud Nyssenum (2), ad vehementes etiam conspiciendos colores, et ingentes audiendos strepitus olim exercebantur, non ut expavescerent, sed ut non expavescere

(1) Loco cit. *vv.* 307. 308. *et* 309.

(2) *Epist.* 236. *Opp. To.* 1. *in princip. Ed. Colon. anni* 1640. haec subiicit ,, Οἱ πωλοδάμναι (ait) τοὺς ,, πώλους γυμνάζουσι πρὸς τὰ χρώματα, καὶ τοὺς φόβους ,, (lege ψόφους), καὶ τῶν χειρίων τὰ πρηνῆ τε, καὶ ὕπτια, ,, οὐχ ἵνα πτοήσωσιν, ἀλλ' ἵνα μὴ πτοεῖσθαι διδάξωσι ,,. Videlicet ,, Equorum domitores pullos equinos exer- ,, cent ad colores, et strepitus, non ut expavescant, ,, sed ut non expavescere discant ,, .

discerent, ac ne (1) terroribus ii forsitan non assueti, ad quosvis strepitus efferati sessores suos dejicerent. Ad equestrem praeterea peritiam omnino pertinebat, equos illos, qui magnis interesse pugnis debebant, adeo assuescere, ut iidem, quemadmodum praesertim innuit Philostratus (2), neque clypeorum murmure commoverentur, neque, armorum fremitu audito, trepidarent, neque bellico demum cujuslibet speciei strepitu percellerentur. Hinc Poeta Virgilius, ubi

(1) *Epist.* 213. *Opp. To.* 1. *p.* 95. „ Μὴ ταυτα „ ασχωμεν (inquit) τοῖς πώλοις· οἳ τῳ μὴ συνειθίσθαι „ ταῖς πτόαις, ϗ τὲς ψόφες ἐξαγριαίνοντες τὲς ἐπίβατας „ ἑαυτῶν καταβάλλεσιν „. Nimirum „ Ne eadem patiamur, quae equini pulli: qui, quod terroribus assuefacti non sint, ad quosvis strepitus efferati sessores suos deiiciunt „.

(2) *De vita Apollonii Tyanaei l.* 2. *cap.* 5. *p.* 67. *Ed. Paris. an.* 1608., *vel l.* 2. *c.* 11. *pp.* 59. *et* 60. *Ed. Lips. an.* 1709. *To.* 1. „ Μὴ ἐᾶν (ait) ἐκπλήττεσθαι τὸν ἵππον, ὅτε δεπήσειεν ἀσπὶς, ἢ ἀστράψειαν αἱ κόρυθες, ϗ παιανιζόντων τε, ϗ ἀλαλαζόντων βοὴ γένοιτο, σοφία, οἶμαι, ἱππικῃ πρόσκειται „. Scilicet „ Neque turbari sinat equum, „ ubi vel clypeus resonuerit, aut galeae refulserint, „ laetantiumque, et classicum cientium sublatus fuerit clamor, ad peritiam, puto, spectat equestrem „.

de equo ad bellum instituendo loquitur, inquit (1)

„ Primus equi labor est animos, atque
„ arma videre
„ Bellantum, lituosque pati, tractuque
„ gementem
„ Ferre rotam, et stabulis fraenos
„ audire sonantes.

Cujusmodi bellatores equos describens subiicit Oppianus.

„ Illos ad bellum (ait (2)) acre
„ armaveris
„ Dirasque in feras: quia admodum
„ sunt audaces

(1) *Georgic. l.* 3.

(2) Κυνηγέτικων nempe *De Venatione l.* 1. *v.* 202. *ad* 210. *p.* 16. *Ed. Lugduni Batav. an.* 1597.

„ Κείνους ἐς πόλεμον (inquit) μεγαλήνορα θω-
„ ρήσσοιο
„ Αἴθωνας τ' ἐπὶ θῆρας· ἐπεὶ μάλα θαρσήεν-
„ τες
„ Ὅπλοις αντίαᾳν, πυκινὴν ῥῆξαί τε φάλαγγα,
„ Θηρσὶ τ' ἐνυαλίοισιν ἐναντία δηρίσασθαι.
„ Πῶς μὲν γὰρ τε μάχαισιν ἀρήιος ἔκλυεν ἵππος
„ Ἦχον ἐγερσίμοθον δολιχῶν πολεμήιον αυλων;
„ Ἢ πῶς ἄντα δέδορκεν ἀταρμύκτοισιν ὀπωπαῖς
„ Αἰζηοῖσι λόχον πεπυκασμένον ὁπλίτησι,
„ Καὶ χαλκὸν σελαγεῦντα, καὶ ἀστράπτεντα σί-
„ δηρον „.

„ Ad armis occursandum, confertam-
„ que perrumpendam cohortem,
„ Atque adversum feras Martias de-
„ pugnandum.
„ Quomodo enim in pugnis Martius
„ audit equus
„ Sonum classicum longarum hosti-
„ lem tubarum?
„ Aut quomodo respicit, irretortis
„ oculis
„ Juvenibus cohortem condensam
„ armatis
„ Et aes fulgidum, et scintillans
„ ferrum „.

31. Qua de re veteres tintinnabulorum utebantur concussione.

„ Neque perterrefeci eos (aiebat
„ Aristophanes (1))
„ Cycnos, et Memnonas imitans
„ Nolas equorum phaleris addentes „.

32. Graecis non modo, sed et Persis idipsum in more fuisse perhibet Aelianus. Etenim, veluti narrat (2) „ ne

(1) *Loc. cit.* et Graece allato a nobis §. 23.

(2) *De Animalibus l.16. c.25. p.338. Ed. Tiguri an.* 1556. „ Οἱ Πέρσαι, (ait) ἵνα μὴ ὦσιν αὐτοῖς οἱ ἵπ-
„ ποι καταπλῆγες, ψόφοις αὐτοὺς, καὶ ἤχοις χαλκοῖς

„ armorum fremitum, et gladiorum ad „ clypeos resonantium in pugna crepitum equi extimescant, eos ad strepitum, et sonitum assuescere cogunt „ Persae, et tintinnabula pulsant, armataque cadaverum simulacra paleis „ referta eis subiiciunt, ut caesorum „ calcationem in bello consuescant, ut „ ne rerum terribilium metu affecti ad „ rem militarem, cum necessitas postulet, inutiles sint „.

33. Facile itaque Aiax hostes profligavit; quoniam maximo impetu, hastaque sua clypeo vehementissime percusso, in eorumdem equos prosiliit. Hi enim bellico fragori non satis forte assueti, et recti surrexerunt, et sessores suos, teste Philostrato (1), de-

„ προσεθίζουσιν, καὶ κωμωδοῦσιν (lege κωδωνοῦσιν) ὡς „ μή ποτε ἐν τῷ πολέμῳ δείσωσι τοὺς τῶν πανοπλιῶν „ ἀράβους, καὶ τῶν ξιφῶν τὸν πρὸς τὰς ἀσπίδας δοῦπον, „ εἴδωλα τε νεκρῶν δὴ σεσαγμένα ἀχύροις ὑποβάλλουσιν αὐτοῖς, προεθισθῶσι νεκροὺς ἐν τῷ πολέμῳ „ πατεῖν, καὶ μὴ δεδιότες ὥστε, ἐκπλήσσειν εἶτα μὲν „ τοὶ δεισοπτούμενοι ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς ὁπλιτικοῖς „ ἀχρεῖοι ὦσιν „.

(1) *In Heroicis Cap. 2. §.10. p. 690. Ed. Lips. an.* 1709. „ Αἴας (inquit *ῥαίνων τε σοβαρὸν* μετὰ τῆς αἰχμῆς „ πρὸς τὴν ἀσπίδα ἐδούπησε, ταραχῆς ἕνεκα τῶν ἵπ-

iecerunt. Apposite Statius (1).

„ Nescius armorum, et primas tunc
„ passus habenas
„ Venator raptabat Equus.

Proinde in ipsa pugna, ut idem (2) subiicit

. . . . . „ ferri lumine diro
„ Turbatus sonipes sese, dominum-
„ que retorsit
„ In latus, atque avidam transmisit
„ devius hastam „.

Hac igitur de re veteres in Olimpiacis ludis peculiari cuidam Deo, quem Taraxippum ab incutiendo equis pavore nuncupabant, et preces fundebant ac, teste Pausania (3), hostias praebebant

„ πων· οἱ δὲ ἵπποι ἐκφρονέστε αὐτίκα ἐγένοντο, ϰ „ ὀρθοὶ ἀνεσκίρθησαν„. N mirum „ Ajax concitato au„ tem gradu incedens, hasta clypeo illisa, strepitum „ fecit, ad equos exterrendos. Equi autem subito ex„ ternati recti subsilierunt „.

(1) *Thebaidos l. 9. vv. 684. et 685.*

(2) *Ibidem vv. 802. 803. et 804.*

(3) In *Graeciae descriptione l. 6. qui* inscribitur *Eliacorum posterior c. 20. p. 504. Ed. Lipsiensis an.* 1696. „ Εστὶν (ait) ἐπὶ τῆς μείζονος πλευρᾶς ὄσης „ χώματος, κατὰ τὴν διέξοδόν τὴν διὰ τȣ̃ χώματος „ τὸ τῶν ἵππων δεῖμα ὁ Ταράξιππος· σχῆμα μὲν ȣ̃ν „ βωμȣ̃ περιφερȣ̃ς ἐστὶ παραθέοντας δὲ κατὰ τȣ̃το τȣ̀ς „ ἵππȣς, φόβος τε αὐτικα ἰσχυρὸς ἀπ' ȣ̓δεμιᾶς προ-

ad sacrificium, ne pavorem equis stadium decursuris immitteret.

34. Sic porro recentiori aetate, nimirum anno 1377. Scoti pastores nullis armis muniti, sed ingenti duntaxat, et insolito crepitaculorum suorum, quibus ad pecora, et cervos absterrendos utebantur, et peculiaris inerat configuratio, edito sono, seu potius clamore, cum incredibilem quemdam Anglorum equis terrorem iniecissent, eorumdem exercitum ab Henrico Porcio ductum in Scotiam irruentem nullo negotio partim trucidarunt, partim fuderunt, longeque repulerunt. Rem omnem narrat Georgius Buchananus „ Henricus Por-

„ φάσεως φανερᾶς, ϗ ἀπὸ τȣ̃ φόϐȣ λαμϐανει ταραχή: „ τά τε δὴ ἅρματα καταγνύȣσιν ὡς ἐπὶ παν ϗ οἱ ἑνιο- „ χοι τιτρώσκονται, ϗ τȣ̃δε ἡνίοχοι ἕνεκα θυσίας „ θύȣσι, ϗ γενέσθαι σφίσιν ἵλεων εὔχονται τὸν Τα- „ ράξιππον „. Scilicet „ In eo ad ipsum aggeris exi- „ tum ara est figura rotunda. Ad eam Deus colitur, „ quem Taraxippum *ab incutiendo equis pavore* nun- „ cupant: solent enim iniecto terrore circa aram hanc „ equi tam vehementer consternari, ut, incertum unde „ coorta trepidatione, saepe illisis curribus affligantur „ aurigae. Quo igitur aequo, et propitio utantur Ta- „ raxippo, ad eam aurigae vota nuncupant „.

„ cius Comes Northumbriae (inquit (1))
„ vir magni animi, qui tum limitis
„ Orientalis erat praefectus indignissime
„ ferens has suorum clades. coactis
„ amplius septem millibus hominum ad
„ vicum Dunsum, Joanne Scoto, qui
„ subtilis cognominatur, magis quam
„ ulla alia re insignem, castra posuit.
„ Ibi rustici, et pastores nullis aliis
„ armis freti, quam crepitaculis, qui-
„ bus cervos, et pecora, quae illic pas-
„ sim sine custodibus vagantur, abster-
„ rent, nocte colles Lamyriorum mon-
„ tium vico proximos insederunt. Ejus
„ crepitaculi haec forma est. In sum-
„ mo hastili satis longo, infixis costis
„ ligneis, in semicirculum curvatis,
„ super eos pellem circumtendunt, ad
„ eam maxime formam, qua sunt later-
„ nae, quas vulgus Lutetiae Falotas ap-
„ pellat. Huic lapillos paucos, sed du-
„ rissimos indunt, quibus agitatis cum
„ ingenti sonitu, feras a segetibus
„ absterrent. Hoc genere crepitaculorum

(1) *Rerum Scoticarum Historiae lib. 9. c. 41. Opp. T. 1. pagg. 302. Edit. Lugduni Batavorum anni 1725.*

„ ingenti strepitu in imminentibus Dun-
„ so collibus edito, equi Anglorum
„ perterriti vincula rumpunt, ac pas-
„ sim per agros palantes in praedam
„ agricolis cedunt. In exercitu toto
„ tumultuatum, et ad arma clamatum
„ est: et cum hostes adesse crederent,
„ illam noctem insomnem duxerunt.
„ Mane intellecto ludibrio, multis ju-
„ mentis una cum equis amissis, sex
„ millia passuum (tantum enim is vicus
„ ab Anglia abest) relictis impedimen-
„ tis, pedibus prope fugientium modo
„ transierunt. Eodem die, quo Porcius
„ a Dunso recessit, Thomas Musgravus
„ Bervici praefectus, cum aliquot cohor-
„ tibus, ut se Porcio conjungeret, egres-
„ sus in insidias a Joanne Gordonio
(de itinere ejus praemonito) collocatas
„ incidit. Ibi circumventus cum suis
„ majorem hostium manum ratus in fu-
„ gam se conjecit, sed retractus est una
„ cum suis „.

35. Non modo autem, ut bellico strepitui perferendo equi assuescerent, sed etiam ut iidem, priusquam ad bellum pergerent, probarentur, utrum ei

essent idonei nec ne, tintinnabula olim concutiebantur. Veteres siquidem Graeci, quemadmodum perhibent Anaxandrides apud Athenaeum (1), Lysias (2), ac antiquus praeterea ille Aristophanis Scholiastes (3), indeque Sui-

(1) *Deipnosophist. lib.* 14.

(2) *In Orationibus* ,, Ἀπὸ τῶν ἵππων (ait) μετένεκται· εἰώθασι γὰρ οὕτω δοκιμάζειν τοὺς γενναίους ἵππους, εἰ μὴ καταπλήσσονται τὸν ἐν τῷ πολέμῳ θόρυβον, τοὺς κώδωνας ψοφοῦντες ,,. Nimirum ,, Ab equis traductum est. Solent enim hac ratione probari pugnaces equi tintinnabulorum sono, ne percellantur strepitu in bello ,,

(3) *In Ranis ad verbum* κωδωνίσω *pag.* 133. *cit. Edit.* ,, Τὸ δὲ κωδωνίσω. (ait) ὅτι τινὰ τῶν ὀρνέων δοκιμάζεται τῷ τοῦ κώδωνος ψόφῳ. καὶ τοὺς ἵππους οὕτω ἐδοκίμαζον, εἰ ψοφώδεις εἶεν, ἢ εἰ θόρυβον ὑπομένειν δύνανται, μήπως ἐν πολέμῳ εἰς κίνδυνον ὑπ' αὐτῶν ἐμβληθεῖεν, καὶ τοὺς ὄρτυγας· τινὲς δὲ ἀπὸ τῶν ἀγγείων τῶν σατρῶν. ἐπεὶ οὕτω δοκιμάζουσι διακρούοντες· τινὲς δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν νομισμάτων. τινὲς δὲ ἀπὸ τῶν φυλάκων. Δημήτριος γάρ φησιν, ὅτι κατὰ τὰς φυλακάς, εἰ ἐγρηγόρασι, κώδωσι διεσήμαινεν, ὅπως ἂν φθέγγωνται. Βέλτιον δὲ τὸ ἐπὶ τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἀγγείων. τὰ δὲ ἄλλα ἐσχεδίασται. ,, Scilicet ,, Τὸ δὲ κωδωνίσω i. e. explorabo: Aves enim quaedam sono tintinnabuli explorantur. Equos item sic explorabant, an sonitum expavescerent, vel an strepitum possent sustinere, nê forte in bello in discrimen ab ipsis adducerentur, et coturnices. Quidam vero à vasis vitiosis, quae pulsu explorari solent. Quidam (ita prae aliis Aristophanes *in Ranis*, cuius locum affert Henricus Stephanus in *Thesauro linguae*

das (1), vetus Etymologus

„ *Graecae To. 2. Col. 524. verbo διακωδωνίζω*) me-
„ taphoram ductam putant à numismatibus. Quidam
„ autem ab excubiis. Demetrius enim narrat, quod
„ excubitores an vigilarent, tintinnabulis signum da-
„ bant, ut ad illorum sonitum responderent. Praestat
„ autem dicere melius ductam esse ab equis, et vasis.
„ Caetera enim perfunctiora sunt, et auctoritate ca-
„ rent „.

(1) *In Lexicon T. 1. p. 557.* in verbo διακωδωνίσω „ Διακωδωνίσω. οἷον δοκιμάσω (inquit). Ἀριστοφάνης διότι τινὰ τῶν ὀρνέων δοκιμάζεται τῷ τοῦ κώδωνος ψόφῳ· καὶ τοὺς ἵππους οὕτως ἐδοκίμαζον κώδωσιν, εἰ ψοφοδεεῖς εἶεν. ἢ ἀπὸ τῶν ὀρτύγων. οἱ γὰρ ὑπομένοντες τὸν ἦχον τοῦ κώδωνος, ἐπιτηδείως ἔχουσι πρὸς μάχην. τινὲς δὲ ἀπὸ τῶν ἀγγείων τῶν σαθρῶν· ἐπὶ τούτω δοκιμάζουσι διακρούοντες. τινὲς δὲ ἀπὸ τῶν φυλακῶν. βέλτιον δὲ τὸ ἐπὶ τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἀγγείων. τὰ δ' ἄλλα ἐσχεδίασται· τὸ δὲ τοὺς φυλακας ἐγρηγορέναι, κώδωσι διεσήμαινον, ὅπως ἀντιφθέγγωνται. Καὶ Ἰάμβλιχος. Ἐπειδὴ διακωδωνίζων ἕκαστον τῶν ποιμένων, οὐχ οἷός τε ἦν ἀκοῦσαι, καὶ μαθεῖν, οἵ τινὲς ἦσαν οἱ παῖδες „. Scilicet „ Διακωδωνίσω. Explorabo. Aristophanes. „ Aves enim quaedam sono tintinnabuli explorantur. „ Equos itidem tintinnabulis explorabant, an strepitum expavescerent. Vel (translatio ducta est) à „ coturnicibus. Illae enim, quae sonum tintinnabuli „ ferre possunt, ad pugnam aptae sunt. Quidam vero (translationem ductam putant) à vasis vitiosis, „ quae pulsu explorari solent. Quidam vero ab excubiis. Praestat autem dicere ab equis, et vasis ductum esse. Reliqua enim perfunctiora sunt, et auctoritate carent. Qui vero excubitores explorabant, „ an vigilarent, tintinnabulis signum dabant, ut (ad

(1), et Phavorinus (2) narrant, gene-

„ illorum sonum) responderent. Et Jamblichus : *cum*
„ *omnes pastores sciscitaretur, nec ex quoquam audire,*
„ *et cognoscere posset, quinam essent illi pueri* „.
To. 2. *p.* 360. in verbo κωδωνίσαι „ Κωδωνίσαι.
„ (ait) ἀπὸ τῶ ἵππων μετενήνκεται · εἰώθασι γὰρ
„ ȣ̓́τω δοκιμάζειν τȣ̀ς γενναίȣς ἵππȣς, εἰ μὴ κατα-
„ πλήσσονται τὸν ἐν τῷ πολέμῳ θόρυβον, τȣ̀ς κώδω-
„ νας ψοφȣ̃ντες. ϗ ἔστιν ἐν τῷ Διακωδωνισαι, ϗ
„ Ακωδωνιστον · ϗ κωδωνιζω, ζημιζω „ Nimirum
„ Κωδωνίσαι. Explorare. Translatio ducta est ab equis.
„ Solent enim generosos equos sono tintinnabulorum
„ explorare, et cognoscere, an tumultum, et strepi-
„ tum bellicum expavescant „.

(1) In verbo διακωδωνισθέντες.

(2) *In Dictionario cit. p.* 461. *col.* 1. in verbo
κωδωνίσω, ubi sic loquitur „ Κωδωνίσω, παρ' Ἀρι-
„ στοφάνει, ἀντὶ τȣ̃ δοκιμάσω, ἐξετάσω. ἐκ μετα-
„ φορᾶς, ἀπὸ τῶν κεραμείων ἀγγείων, ἃ δοκιμά-
„ ζοντες, εἰ εὔηχα ϗ ὑγιᾶ πέφυκε, πλήττȣσι · ϗ
„ εἴπερ ὑγιῆ εἰσιν, ἀπηχȣ̃σιν, ὡς κώδωνες · ἢ ἀπὸ
„ τινων ὀρνέων, ἢ ἵππων δοκιμαζομένων, ἤχῳ κω-
„ δώνων τά μὲν γαρ τȣ́των γενναῖα, γενναίως φέ-
„ ρει τȣ̀ς ἤχȣς. τὰ δὲ δειλά, πεφρίκεσιν. ἢ καὶ ἀπ'
„ αὐτῶν τῶν κωδώνων δοκιμαζομένων ἐν τῷ κινεῖσ-
„ θαι, εἰ εὔηχοί εἰσὶν, εἴτε ϗ μή „. Videlicet
„ Κωδωνίσω, apud Aristophanem perinde se habet,
„ ac probabo, periculum faciam : per metaphoram, si-
„ ve à figulinis vasibus, quae percutiuntur, ut pro-
„ bentur, utrum sonora sint, et solida. Si integra
„ enim sint, resonant tintinnabulorum instar : vel à
„ quibusdam avibus vel equis, qui probantur sono tin-
„ tinnabulorum. Si fortes enim sint, sonos fortiter
„ sustinent ; debiles vero contremiscunt : vel etiam ab
„ ipsis tintinnabulis, quae commovendo probantur,
„ utrum sint resonantia, nec ne „.

rosos equos, antequam in praeliis adhiberentur, ipso tintinnabulorum sono diligenter, et constanter explorabant, atque, hoc facto experimento, demum cognoscebant, utrum ii sonitum expavescerent, ac adeo bellicum tumultum, et strepitum ferre possent nec ne, atque propterea fortes essent, vel debiles. „ Si fortes enim sint, (idem inquit Phavorinus (1)) sonos fortiter sustinent, „ debiles vero contremiscunt „ ; hique bello proinde plane inepti merito censebantur, ne iidem, veluti aiebat Lysias (2), perceilerentur strepitu in bello, ac ne forte in ipso praelio universus etiam exercitus ab iis perterrefactis, atque idcirco demum efferatis celerrimam, quin et praecipitem capientibus fugam, ut ille idem Aristophanis Scho-

Et ibid. in verbo Κωδωνῆσαι „ Κωδωνῆσαι, (ait). δοκιμάσαι διαπειράσαι „. Idest „ Probare, et explorare „.
Et ibid. in verbo κωδωνίσαι „ Κωδωνίσαι, (inquit) ἀπὸ τῶν ἵππων μετενήνεκται κωδωνίσαι, καὶ „ κωδωνίζω, τὸ σημίζω „. Nempe „ Ab equis ductum est κωδωνίσαι et κωδωνίζω, hoc dico „.

(1) *Loc. cit. in verbo* κωδωνίσω.

(2) *Ibidem*.

liastes (1) recte animadvertit, in maximum adduceretur discrimen.

36. Haec igitur erat methodus, et ratio, quae pro equorum explorando, et cognoscendo robore, indole atque conditione olim servabatur. Si eos autem secluseris, nihil aliud praeterea sono illo explorabatur. Nonnullas quidem aves, et maxime coturnices tintinnabulorum sonitu olim explorari consuevisse memoratus tradit Aristophanis Scholiastes (2), ac ex eo Suidas (3). „ Etenim illae (nempe coturnices hic „ ait (4)), quae sonum tintinnabulorum „ ferre possunt, ad pugnam aptae sunt„. Verum aves nullius unquam usus fuerunt in bello, ineptumque ac ridiculum esset, easdem huic quodammodo idoneas fingere. Et revera huic rei fidem penitus abjudicant recensiti Scriptores, qui (5) eamdem illis adnumerant, quae sunt „ ex tempore dicta, vel „ excogitata „.

(1) *Ibidem*. (2) *Ibidem*.
(3) *Loc. cit.* in verbo *διακωδωνίσω*.
(4) *Ibidem*. (5) *Locis citatis*.

37. Neque passim autem, neque communiter, neque constanter, nec ubique demum equorum frenis et phaleris tintinnabula veteres adiiciebant, ut praeclare innuit Dionysius Longinus (1), sed extraordinariis illis occasionibus, quibus non modo, veluti easdem non satis recte coercet Tanaquillus Faber (2), „ decursio aliqua equestris, aut trans– „ vectio, (aut militaris recognitio, quemadmodum addit Dacierus (3)) „ seu „ quid aliud generis, quod pompatice „ et splendide fieri deceret „ at tum cum etiam (4) vel explorandi, vel bellico

(1) In Opere, cui titulus Περὶ Ὕψους i. e. *De sublimitate Sect.* 23. *num.* 8. *pp.* 146. *et* 148. *Edit. Trajecti ad Rhenum an.* 1794. „ Ἐπεῖτοι τὸ πανταχοῦ (ait) „ κώδωνας ἐξῆφθαι, λίαν σοφιστικόν „ . Nimirum „ Siquidem tintinnabula ubivis suspendere, Sophistam „ sapit „ .

(2) In *Nota* ad hunc eumdem Longini locum *pp.* 147. et 148.

(3) *Nota* 3. ad versionem Gallicam a Despreaux peractam ac citatae Editioni adjectam *p.* 313., ubi Dacierus eamdem adsciscens, ac Faber, sententiam ita loquitur „ Les Anciens avoient accoutumé de mettre „ des sonnettes aux harnois de leurs chevaux dans „ les occasions extraordinaires, c'est a dire, les „ jours, ou l'on faisoit des revues, ou des tour- „ nois „ .

(4) Id patet ex superioribus §§.

strepitui perferendo aussuefieri vellent, et deberent equites, vel ipsis hostibus, ut exanimati funderentur, et fugam arriperent, iniiciendus esset in bello terror.

38. Aeris autem tinnitu, ac ipso fortasse tintinnabulorum sono, qui generico illo intelligi etiam valet (1) nomine, ab antiquissima aetate tum volucres, tum alia quoque animalia solita esse admodum delectari scimus. Tinnitibus nanque volucres actos coire, perhibet Ovidius (2), ac aeris sono apes antiquitus etiam cogi consuevisse, tum (3)

(1) Tum Martialem, tum alios veteres Scriptores tintinnabula generico aeris vocabulo intelligere, ac innuere saepe voluisse manifeste pandunt eorum loca, quae nos memoravimus, ac attulimus *pp.* 197. et 198., 104. et 105., 181., 192. et seqq., 211. et seqq., 260.-263., ac ostendit etiam Macrobius *p.* 441., nec non perhibent Vossius, cuius verba exscripsimus *in Praef.* ibique *in Adnot.*, et Hadrianus Junius *Animadvers. l.* 3. *c.* 11.

(2) *Fastorum lib.* 3. *vv.* 740.-743.

„ Ecce novae coeunt volucres (ait) tinnitibus
„ actae :
„ Quaque movent sonitus aera, sequuntur apes
„ Colligit errantes, et in arbore claudit inani
„ Liber et inventi proemia mellis habet „.

(3) *Ibidem*.

is, tum Virgilius (1), tum Varro (2), tum Plinius (3) narrant. Virgilius (4) quidem, eiusque Adnotator Carolus Ruaeus (5) aes illud cymbala fuisse pandunt. Sed cymbalorum nomine tintin-

(1) *Georgic. lib.* 4. *vv.* 149. *et seqq.*

,, Nunc age (ait) naturas apibus, quas Juppiter
,, ipse
,, Addidit, expediam: pro qua mercede, canoros
,, Curetum sonitus, crepitantiaque aera sequutae:
,, Dictaeo coeli regem pavere sub antro ,, .

(2) *De re rustica lib.* 3. *cap.* 15. *in fine pag.* 77. *tergo Edit. Florent. anni* 1521. ,, Jaciundo in eas ,, (nempe apes inquit) pulverem, et circum tinniendo ,, aere, perterritas, quo voluerit, perducet ,,.

(3) *Hist nat. l.* 11. *c.* 20. *sect.* 22. *To.* 2. *p.* 511. ,, Gaudent (apes ait) plausu, atque tinnitu aeris, ,, eoque convocantur. Quo manifestum est, auditus ,, quoque inesse sensum ,, . Aristoteles autem *Hist. animal. cap.* 64. *pag.* 1152. agnoscit quidem, atque ait, apes oblectari plausu, testarum strepitu, ac sonitu in alveum congregari; non satis tamen constare subiicit, atque fatetur, utrum eae audiant, necne, ac utrum id voluptatis, utrum metus caussa peragant, quem postremum *loco cit.* adsciscunt tum Varro *loco cit.*, tum Columella *de re rustica* .

(4) *Georgic. lib.* 4. *vv.* 64. 65 *et* 66.

,, Tinnitusque cie, (inquit), et matris quate
,, cymbala circum
,, Ipsae consident medicatis sedibus; ipsae
,, Intima more suo sese in cunabula condent ,, .

(5) Tum in *Nota ad v.*64., tum in *Nota ad v.* 151., quo postremo in loco tum cymbala, tum aerei clypei memorantur.

nabula posse comprehendi autumat Cannegieterus (1). Id tamen utrum recte dici valeat, satis ego non video; nisi forsitan cymbala, ut magis obstreperent, tintinnabulis vel circumdari, vel quodammodo cumulari antiquitus consuevisse dicatur. Quod tamen satis non constat, idque nos superius (2) innuimus.

39. Veteribus item in more positum fuisse ipsos quoque Delphinos eodem aeris tinnitu allicere non obscure idem innuit Plinius. „Delphinum audire „ (ait (3)) manifestum est. Nam et can„tu mulcetur, et capitur attonitus sono.

(1) *In Nota ad v. 9. cit. Fabulae 7. Aviani.* „ Hoc loco (ait) per *crepitantia aera* tintinnabulum „ intelligi nullus, credo, dubitat. An similiter Vir„ gilius *Georg. IV.* 149. „ Ubi, eius exscriptis versibus sic immediate subiicit Cannegieterus „ Possit dubi„ tari, quia cymbalis revocari dicuntur aves, non tin„ tinnabulis . . . . nisi quis cymbalorum nomi„ ne amplissimo tintinnabula contineri existimet, quod „ negat Auctor clarissimus de cymbalis: equidem au„ tem id negare nolim „.

(2) *Cap.* 2. §. 48.

(3) *Hist. nat. l.* 11. *cap.* 37. *sect.* 50. *To.* 2. *p.* 544.

„ (1) Quanam (2) audiant, mirum „ . Contrarium tamen animadvertitur in balenis, caeterisque monstris marinis, quae tintinnabulorum ope non modo non allici, sed a navibus arceri narrat Cornelius Kilianus Dufflaeus (3) .

„ Navita Erythraeum pavidus, (inquit) qui navigat aequor,
„ In prorae, et puppis summo resonantia pendent
„ Tintinnabula: eo sonitu praegrandia Cete
„ Balenas, et monstra marina a navibus arcet „ .

Secus autem accidit in Elephantibus . Ut eosdem siquidem, simul ac caeperant, si ob taedium, et moerorem a pabulo quodammodo abstinerent, veteres . In-

(1) „ Sincera haec Mss. Codicum lectio . Interpola-„ ti, *Quonam modo audiant* „ inquit, et perhibet Joannes Harduinus *Nota* 8. *ad sect.* 50. *loci cit.* Plinii . Ea vero est verborum illorum interpretatio, velut idem *Nota* (a Quanam) tradit Harduinus, ut iisdem significetur „ Qua parte corporis audiant, mirum est „ .

(2) De auditu, olfactuque piscium idem egit Plinius *lib.* 10. *sect.* 89. *To.* 2. *pagg.* 463. *et* 464. ibique Harduinus *in Notis* .

(3) In suis *Poematibus* .

di exhilararent, et demulcerent, perhibente Arriano (1), cantu non modo, sed etiam cymbalorum, ac praesertim tympanorum, quibus, veluti auctoritate Suidae nos superius (2) ostendimus, plura intus inerant tintinnabula, utebantur sono. Et revera sic ad eum apud Indos iidem assuefiebant, ut, sicut narrat Curtius (3), tympanorum illorum strepitu in bello ipso nullatenus moverentur. „ Alias enim (ut recte sub- „ iicit Freinshemius (4)) fere impatiens „ esse solet insueti sonitus hoc animal,

(1) *Historiae Indicae* c. 14. *p.* 578. „ Ἄγοντες „ δὲ (inquit) εἰς τὰς κώμας τὰς ἁλόντας, τοῦ τε „ χλωροῦ καλάμου, καὶ τῆς πόας τὰ πρῶτα ἐμφαγεῖν ἔδο- „ σαν· οἱ δὲ ὑπὸ ἀθυμίης, οὐκ ἐθέλουσιν οὐδὲν σιτέε- „ σθαι, τοὺς δὲ περιιστάμενοι οἱ Ἰνδοὶ, ᾄδουσι τε. „ καὶ τυμπάνοισι, καὶ κυμβάλοισιν ἐν κύκλῳ κρούον- „ τές τε, καὶ ἐπᾴδοντες κατευνάζουσι „. Videlicet „ Caeteros (elephantes) captos in pagos ducunt, ac „ primum eos gramine et viridibus culmis pascunt: ac „ si prae taedio atque moerore pabulo abstineant, „ Indi circumstantes tympanorum et cymbalorum pulsu, „ cantuque eos exhilarant, ac demulcent „.

(2) *C.* 8. §§. 4. *et* 5. *pp.* 357. *et seqq.*

(3) *L.* 8. c. 14. cuius verba exscripta sunt à nobis *cit.* c. 8. §. 4. *p.* 357. *Adnot.* 3.

(4) *Nota* 23. ad locum cit. Curtii, ac praesertim ad ea verba *olim ad sonum auribus mitigatis p.* 678. *To.* 2. *Ed. Hagae Comitum an.* 1708.

„ qua re saepe etiam consternati, in„ que fugam acti leguntur „.

40. Ab iis, de quibus hactenus disseruimus, tintinnabulis sua saltem figura plane differunt illa, quae vel aquilis, vel falconibus, vel caeteris seu majoribus, seu minoribus accipitribus recentiori aetate praesertim a hieracaris Latine accipitrariis nuncupatis adjungi capisse perhibent Fridericus II. Imperator (1), Octavius Ferra-

(1) In cit. opere *Part.* 1. *cap.* 30. *pagg.* 138. *et* 139. „ Ridicula admodum, (inquit (1) festivam hanc „ et lepidam enarrans historiam) vera tamen, et „ valde probabilis abigendi mures ratio in campanu„ lis etiam consistit: Vidi ego, ni fallor, annum, „ quempiam Noribergae mures captantem non ad mor„ tem; sed potius ut eum caeteris sociis latitantibus „ adhuc vitam omnes servarent. Ridicula captatio? „ Captatis enim muribus, quos habebat unum et al„ terum, nolas vel campanulas acri sono alligabat, „ et ita ornatos quasi ac dotatos, reddita libertate, „ dimittebat, quoquo etiam se verterent, licitum con„ cedebat. Illi, nescio, quo furore agitati undique „ domum percursitabant, ostia latebrarum saepius in„ gressi, egressi ut plurimum nullum dixisses in uni„ versa d mo vel cubiculum vel habitaculum, ubi illi „ non perfugium quaererent, ubi mures latitabant socii, „ magno tinnitu nolarum se associabant: qui vero om„ nes peregrinum, et nescio quid gestantem hospi„ tem, ut fel m fugerent, domuique suae valedice„ rent. Et hac ratione plane commoda et utili mures

rius (1), Henricus Arnoldus Stockflethus (2), et Jo. Baptista Pacichellius (3), ut ii, vel cum evolaverint, et inter arbores, fruticesque considentes latuerint, et deperditi fuerint, facilius, illo audito sono, inveniantur, vel etiam iis in sede sua se diverberantibus, et suas ita indicantibus indigentias opis ferri promptius valeat. Illa siquidem, quae tum a crepitu, quem afferunt, crepitacula, tum a sono, quem edunt, sonacula, tum campanellae, tum etiam tintinnabula nuncupantur, et vel aerea, vel quandoque argentea sunt, eademque vel majora, vel minora pro diversa ipsorum, quibus alligantur, accipitrum ma-

„ abigebantur in universum omnes, ita plane, ut posthac „ nec unicum superfuisse crederes. Ridiculum ad- „ modum: ad illustrandum tamen maxime illustrem et „ nullibi non probatum campanarum sive tintinnabu- „ lorum usum omnino accomodatum. Minimis etiam „ servit, quod maximis servire aptum, et in minimis „ saepissime, maxima laus „.

(1) *De arte venandi cum avibus lib.2.cap. 41. pagg.* 105. *et* 106. *Augustae Vindelicorum an.* 1596.

(2) In opere, cui titulus *Origines linguae Italicae Patavii* 1676. *Verbo Campana p.* 83.

(3) In opere inscripto *Exercitium Academicum de campanarum usu P.* 1. *cap.* 31. §. 3. *p.* 143.

gnitudine sunt, eorumque modo caudae, aut alarum pennis, una vel altera earumdem perforata, ipsa crepitaculi corrigiola ibidem inserta, modo, idque communius, eorum cruribus prope alterutrum, vel utrumque illorum pedem coriaceis compedibus assuuntur „ debent (ut Friderici ea describentis (1) utar verbis) „ habere foramina sua adeo „ stricta, ut quod falco non possit intromittere acuitatem rostri sui in „ ipsa foramina, et sic impediri per „ campanellam, et debet esse quoddam „ foramen parvum in ansa campanellae, „ per quod foramen intromittetur corrigiola, cum qua corrigiola alligabitur campanella ad quemvis pedum „ falconis in altiori parte tibiae, quam „ sit jactus, et ligabitur ita, quod non „ distringat tibiam, neque quod multum „ pendeat; sed prope tibiam „.

41. Muribus etiam, ut e privatis domibus facilius abigerentur, collo appendi tintinnabula Norimbergae sua aetate consuevisse perhibet Stockflethus (2).

(1) *De Tintinnabulo Nolano. Neapoli* 1693. *cap.* 1. *pag.* 6.

(2) *Loc. cit.*

APPENDIX

PRAELOQUIUM

Quoniam de prima tintinnabulorum origine, ac inventore, itemque de vario eorumdem apud veteres Hebraeos, et Ethnicos hactenus egimus usu, recti ordinis, atque methodi postulat ratio, ut germana nunc eorum pandatur indoles, et configuratio, nec non ipse inquiratur eadem appendendi modus, ac tandem utrum quiduis aliud praeterea fuerit, quod licet tintinnabulum reapse non fuerit, eius tamen seu configuratione, seu effectu spectato, aliquam cum tintinnabulis quodammodo servet similitudinem.

CAPUT I.

De germana tintinnabulorum indole, seu materia, et configuratione.

1. Neutiquam lignèa, quandoque aurea, aerea vero plerumque tintinnabula fuisse constat.

2. Lignum porro tanquam rem minime sonoram tintinnabulis construendis nullo tempore inserviisse scimus. Plane siquidem commentitia est, perinde ac nos suo loco (1) innuimus, et ostendimus, campana illa, quam ex ligno platani Indicae fuisse a Noe divino jussu constructam narrat Eutychius (2). Lapideas campanas in Africa recentiori aevo pulsari solitas memorat Henricus Salmuth (3). „ Africani populi, (ait (4)) „ et inprimis illi, qui regi Praestiga-

(1) *C.* 1. §. 2.

(2) *In Annal. To.* 1. *p.* 36.

(3) *In Not. sive comm. ad Pancirollum Rer. Memorab. l.*2. *tit.* 9. *p.* 160. (4) *Ibidem.*

„ ni parent, campanis lapideis utuntur „.

3. Ex auro, eodemque solido fuisse tintinnabula, quae summi Hebraeorum Sacerdotis vestibus inhaerebant, Scriptura duce, pandidimus (1), aeque ac illa (2) mulorum trahentium currum, quo Alexandri M. cadaver, universumque funus erat transvehendum, utrique maxillae appensa.

4. Ex aere autem, vel oricalcho plerumque, atque communiter confecta constanter tintinnabula sunt. Quanquam autem utrum illa, quae primum extiterunt, fuerint hujusmodi, nullo veteri aut monumento, aut scriptore praelucente, neque scire, neque certo asserere licet. Magius (3) tamen confidenter asserit, nemini dubium esse „ ex aere primum, „ mox ex aere, stanno, plumbo, ar„ gentoque nonnunquam admixtis fie„ ri tintinnabula consuevisse „. Pacichellius (4) tamen ferreum quoddam

(1) *C.* 1. §§. 3. 4. *et* 5. (2) *C.* 3. §. 10.
(3) *De tintinn. Cap.* 1. *p.* 21. huius nostri Operis.
(4) *In Cit. Lucub. C.* 1. *p.* 10., Pacichelli autem verba leguntur cap. 9. §. 19.

memorat tintinnabulum . Quod porro sonoro huic instrumento construendo ferrum etiam quandoque olim inservire potuisse probat .

5. Omnium profecto tintinnabulorum propria constanter fuit cavitas , eademque interior , et forma instar „ mes- „ pili cavi „ ut ait Valerianus (1) , cui vel aerea , vel ferrea , ut censet Argolius (2) , vel etiam argentea , ut probat Smetius (3) , seu pillula , seu virgula, seu (4) malleolus , seu quoque , ut appellari mavult , (5) lingua in medio interius insita inest , cujus impulsu,et motu quan-

(1) *Hieroglyphic. l.* 47. *c.* 23. *p.*596. *Ed. an.*1678.

(2) *In Not.ad Panvin.de ludis circensibus nota* 57. *ad c.* 17. *l.* 1. , cuius verba nos exscripsimus in *Praefat. ibique in Adnot. ad* §. 1.

(3) *In Antiquit. Neomag. p.* 120. „ Malleoli tin- „ tinnabulorum (ait) pensiles argentei sunt quatuor „ in privato scilicet suo Museo.

(4) Hoc vocabulum , veluti tradit Braunius *De vestitu Sacerd. Hebr. c.* 5. §. 426. *pp.* 456. *e* 457, in usu erat veteribus Hebraeis .

(5) Licet huiusmodi virgula in extremitate sua globulus revera esset , ac licet in tintinnabulis rotundis esset instar acini in uva , quoniam tamen „ illud factum „ est ideo , (quemadmodum ait Braunius *ibidem*) „ quia talis globulus usum malleoli praestat „ et „ quia „ erat ferrum aliquod oblongum instar linguae , aut „ etiam quia instar linguae quasi ex ore aliquo modo

do tintinnabulo illiditur, argutus fit (1) tinnitus, sonusque redditur item argutus, atque suavis; quo propterea minime aures obtundi merito contendit Pontanus (2) eos omnes, cuiusmodi prae aliis est Blondus (3), aliter sentientes, atque asserentes reprobans. Quanvis si constans idem fuerit, nimius, atque ingens ét immoderatus sensum audiendi quandoque obtundere, vel etiam illis eripere potest, qui eo assidue percellantur „ sicut „ ubi Nilus (quemadmodum narrat Tullius (4)) ad illa, quae Catadupa nominantur, praecipat ex altissimis montibus, ea gens, quae illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret „.

„ propendebat „ ad pulsandum, ut tinnitus daretur „ idcirco, sicut idem subiicit Braunius *ibidem* „ vocabatur *lingua* „. Quo porro nomine nonnullos etiam Hebraeos usos fuisse ostendit.

(1) Tintinnabula sonando tinnire praeclare innuit Plautus in *Trinumno* act. 4. sc. 2. his versibus

„ Nunquam aedepol temere tinniat tintinnabulum.
„ Nisi quis illud tractat, aut movet, mutum est,
„ tacet „.

(2) *In Dialogo*, qui *Charon* inscribitur.

(3) *Lib. XII. circa med Car. 76 circa finem.*

(4) *In Somnio Scipionis cap. 5. Opp. vol. X. p.* 559.

Tintinnabulorum porro materiem, configurationem, partes, atque sonitum hisce versibus recensuit Symposius.

„ Aere rigens curvo, (ait (1)) patulo
„ componor in orbe,
„ Mobilis est intus linguae crepitan-
„ tis imago.
„ Non resonat positus, motus quoque
„ saepe resultat „.

Ac, ut appendi alicubi posset tintinnabulum, fibula fere quaedam ad appendendum idonea superiori ejus parti, videlicet summitati exterius etiam adiiciebatur, nec eadem, veluti recte observat Braunius (2) „ aeque nota est: cum varia „ illorum fuerint genera apud veteres, „ non minus quam et hodie apud nos„.

6. Haec quidem omnibus tintinnabulis constanter fuerunt communia. Non eadem tamen omnibus tintinnabulis semper fuit configuratio. Alia siquidem oblonga erant, et instar coni configurata usque ad basim etiam ubique rotunda, eademque tum idem Braunius (3), tum

(1) *Aenigm.* 79.

(2) *De vestitu Sacerdot. Hebr. lib.* 2. *cap.* 5. §. 425. *p.* 455.

(3) *Loco cit.* §. 426. *p.* 456.

Ugolinus (1) fuisse aiunt „ instar scypho-
„ rum oblongorum inferius apertorum, in
„ quorum medio pendebat malleolus,
„ linguae instar, cuius motu, quando
„ tintinnabulo illiditur, fit tinnitus „ :
eademque nostris tintinnabulis, quae *no-
lae* et *campanae* vulgo vocantur, ferme
similia fuisse subiicit (2). Ac de his
certe loquutus est Magius, tum cum ait
(3) „ Antiquorum tintinnabula magis ad
„ galeri, quam ad huiusmodi pomi (ni-
„ mirum piri) formam accedebant,
„ erantque tenuiora, quamobrem et
„ rauca, et minus quam nostra sint so-
„ nora „. Quamobrem „ petasum di-
„ ci majus tintinnabulum à *petasi*, idest
„ galeri forma, et similitudine nemini
„ obscurum esse „ idem antea dixe-
rat (4). Alia praeterea rotunda erant
et ubique clausa, praeterquam in aliqua
parte, ac *bullarum* instar, ut ejusdem

(1) *In Sacerdotio Hebraico c. 3. apud eundem Ugolinum in Thesaur Antiqu. sacr. To. 13. col.* 321.

(2) *Ibidem*.

(3) *In libro de tintinnabulis c. 20. p. 75.*

(4) *Cap. 1. p* 22. Petasum autem esse galero ferme similem, probat Sweertius in *Not. ad l. cit.* Magii *pp.* 80. *et* 81.

Ugolini (1) utar vocabulo, qui (2) cum Braunio (3) adiicit etiam, eadem a Judaeis comparata fuisse „ cum uvis, quae ro„ tundae sunt, et quae intus habent aci„ nos instar pillularum istarum ferrea„ rum, quales rotunda tintinnabula in„ cludunt „ : idque praesertim probat loco *Numer*. (4), ubi haec leguntur „ „ Omnibus diebus Nazyreatus non co„ medet de vite vini a pellicula ad aci„ nos „ nimirum à pellicula „ externa „ ad acinos „ in medio instar mallei in tin„ tinnabulo „ veluti observat ac postrema huius eiusdem loci Hebraica vocabula interpretatur Jarchius (5). Huiusmodi profecto tintinnabula etiam *crepitacula* et quandoque *sonacula* nunc a nobis appellantur. Alia erant instar dimidiati globuli. Ac alia demum licet in modum coni producerentur, in quadratam tamen desinebant basim.

7. Et revera prioris speciei tin-

(1) *Ibidem*. (2) *Ibidem*.

(3) *Cit.* §. 425, ubi huiusmodi tintinnabulorum quoque recenset formam.

(4) *Cap.* 4. *V.* 5.

(5) In cit. *Numer.* locum.

tinnabula in rebus sacris adhibita , et animalium collo appensa a pluribus recensentur monumentis,quae nobis exhibent Magius (1) , Bonannus (2), Petrus Sanctius Bartolius , indeque Bellorius (3) , Ursinus (4) , Begerus (5) , Fabrettus (6) , Blanchinius (7) , Venutius (8) , Clemens Blasius (9) , Calmetus (10) , et Eugenius de Levis (11), dum, veluti nos superius (12) pandidimus, tin-

(1) In cit. *libro pp.* 41. *et* 49.

(2) *In Museo Kircheriano Tab.* 58.

(3) In opere inscripto *Le antiche lucerne sepolcrali figurate . In Roma* 1729. *Tab.* 23.

(4) In opere, cui titulus *Familiae Romanae &c. Numism. n.* 8. *Tab.* 1. *et* 2. *Familiae Caeciliae pagg.* 49. §. 50.

(5) *Thes. reg. et elect. Brand. vol.* 3. *p.* 401.

(6) *In Explicatione inscriptionum antiquarum pp.* 425. *et* 429. Ed. Rom. an. 1702.

(7) *In Diss. De tribus generibus instrument . Musicae veterum Organicae Tab.* 7. *fig.* 2. *et tab.* 8. *fig.* 17.

(8) *In Monum. Matthaejan. To.* 1. *Tab. XIII.* , *et loco cit.*

(9) In Opere inscripto *Monumenta Graeca &c. To.* 3. *Mon. V. pag.* 7.

(10) *Fig.* 20. *Tabulae* subjectae Dissertationi *in Musica instrum. Hebraeor. To.* 4. *Comment. in omnes libr. vet. et nov. Testam. et Tab.* item subjectae *Diction. sacr. Script. To.* 2. *art. Musica et Mezilothaim* .

(11) *In* opere cit. *Tab.* 3.

(12) C. 3. §. 11. , ibique *in Adnot. pp.*200. *et seqq.*

tinnabuli noviter a se detecti peculiari ratione constructi, itemque peculiaribus ornamentis, et acutis in ejus marginis extremitate cuspidibus praediti aere impressam affert, et recenset effigiem.

8. Tintinnabula etiam instar globuli efficta recenset Sanctius Bartolius, indeque Bellorius (1), tum veteris illius tympani peripheriae adjecta, tum ope annuli de manu Bacchantis pendentia. Nec aliter configuratum videtur tintinnabulum illius asini collo alligatum, cui Bacchus ipse insidet, quod Dominicus de Rubeis, et Alexander Maffejus (2) recensuerunt. Quamobrem, utrum rotunda huiusmodi tintinnabula veteribus etiam aliis gentibus, praeterquam Judaeis, reapse fuerint in usu, ex earum monumentis non satis manifesto constare minus recte ait Braunius (3).

9. Huius vel alterius configurationis fuisse tintinnabula pallio pervetusti summi eorum Sacerdotis appensa quidam contendunt Hebraei, qui tamen in alterutra

(1) *Loc. cit.*
(2) *Gemme antiche figurate P. 4. Fig. 90.*
(3) *Loco cit. §. 425. pagg. 455. et 456.*

praefinienda non satis invicem constant. Quoniam eorumdem alii, veluti tradit Calmetus (1), arbitrantur, illa ubique rotunda fuisse non secus ac apud nos crepitacula, alii ea tintinnabulis apud nos vulgo uti solitis penitus assimilant, sive oblonga, nec non instar scyphi configurata putant, veluti prae aliis senserunt tum Maimonides, qui (2) eadem ita effecta in illo describendo pallio recenset, tum Raschius, qui (3) dum illa explicat Exodi verba „ Et tintinnabula „ de auro purissimo „ sive, ut inquit „ aurea „ subiicit „ Malleolos cum tin- „ tinnabulis, qui in illis existebant „ ac eadem etiam apud veteres Hebraeos propterea in usu fuisse inde colligit Ugolinus (4). Recensitam tamen de re adeo antiqua controversiam, Scriptura omnino silente, nobis definire non licet.

10. Quis item germanam eorumdem magnitudinem, dum nullam ne minimam quidem eadem Scriptura iniicit eius men-

(1) *In Diction. Sacrae Script. To. 2. Art. Tintinnabula.*
(2) *De Vasis c. 9. de vasis Sanctuarii.*
(3) *In Comm. in Exodum in cap. 39. v. 11.*
(4) *Loco cit.*

tionem, constituere poterit, quam nihilominus coniicere conatur Braunius, qui (1), ne sonitus eorum à malogranatis impediretur, probabile putat, tintinnabula „ illa non fuisse multo minora „ iisdem malogranatis, quae „ instar ovi „ a Gemaricis praefinita esse immediate tradiderat, quos tamen de tintinnabulorum magnitudine siluisse candide fatetur. Quanquam illico deinde quasi resipiscens tantam neque malogranatis „ „ quae, si huiusmodi fuissent, sex ulnas, „ (scilicet brachia (2)) minimum Hol„ landicas (veluti ait (3)) in ambitu pal„ lii occupabant „ neque tintinnabulis illis eidem summi Sacerdotis pallio adjectis magnitudinem inesse potuisse idem subiicit Braunius (4). Quoniam „ si tin„ tinnabula (quemadmodum inquit (5)) „ eiusdem (vel, quod fere perinde se habet, *non multo minoris*, sicuti paullo ante asseruit (6)) „ fuerint magnitu-

(1) *Cit. l* 2. *c.* 5. §. 428. *p.* 459.

(2) Prae aliis consuli debet Ambrosius Calepinus in *Diction.* *Octolingui* Verbo *Ulna* To. 2. *pag.* 829. *col.* 2. *Edit. anni* 1681.

(3) *Ibid.* (4) *Ibid.* (5) *Ibid.* (6) *Ibid.*

„ dinis, oportet, ut pallium inferius la-
„ xissimum fuerit, et ut ambitu suo ad
„ infimas oras comprehenderet duode-
„ cim ulnas Hollandicas, quod an verum
„ sit, viderint illi, qui tantae magni-
„ tudinis fuisse docent malogranata,
„ aut qui LXXII. ponunt tintinnabula,
„ totidemque mala punica.

11. Sic etiam cuinam comperta erit indoles, materia, et figura illorum aliorum tintinnabulorum, quae iidem praeterea pervestusti sive in templo; rebusque sacris, sive in caeteris solemniis adhibuerunt Hebraei. Eorum siquidem usum memorat Scriptura (1), nihil aliud praeterea. Quamobrem non est Calmeto viro caeteroquin doctissimo adjungenda fides, qui licet candide (2) fassus fuerit, eorumdem penitus ignorari figuram, tamen (3) subiicit, quod ea „ aerea pa-
„ rabantur, stridebant acute, ac procul

(1) *Paralipom. lib. 1. cap. 15. v. 19., Zachariae cap. 14. v. 20.*, *ac aliis etiam in locis*.

(2) *In Diction. Sacrae Script. Art. Tintinnabula To. 2. p. 473. col. 2.*

(3) *Ibidem*.

„ exaudiebantur „ et (1) rursus a nostris erant penitus diversa. Quippe quae, veluti ait (2) „ potius lances sunt quaedam, „ quae percussae tinnitu aerem longe la- „ teque commovent „.

12. Instar globuli dimidiati sunt tintinnabula illa, quae tum idem Bonannus (3), tum Gorius (4), referunt, et nos ex fructibus ab arboris ramo prodeuntibus pendentia ex museo Kirckeriano hausta primum suo loco superius (5) repraesentavimus. Huiusmodi etiam tintinnabula tum Mercurialis (6), tum Bonarrotius (7) afferunt. Alia tum hujus postremae, tum primae atque alterius configurationis tintinnabula nondum hactenus edita extant in eodem nostrae Gregorianae Universitatis Musaeo Kircheriano, quae tamen,

(1) *In Diss. in Mus. instrum. Hebr. p. 76. To. 4. Comm. in sacr. Script.* (2) *Ibidem*.

(3) *Loco cit.* (4) *Fig. 2.*

(5) *In Columbario libert. loco cit.*

(6) *De arte gymnastica l. 3. c. 8. p. 167. Edit. an.* 1601.

(7) *Osservazioni sopra alcuni frammenti di Vasi antichi di vetro tab. 9. fig.4.*, et in alio Opere inscripto *Osservazioni Istoriche sopra alcuni medaglioni antichi p.* 345.

utpote peculiaris eorumdem non innotescit usus, nos hoc in loco nec recensenda, nec eorum imaginem aere impressam subiiciendam esse duximus.

13. Alia etiam tum apud eumdem Bonannum (1), tum apud Causeum, qui (2) affert tintinnabulum e manu Priapi pendens instar coni licet effictum, et productum, non eamdem tamen constanter retinens in basi sua rotunditatem, ubi quadratam potius imitari videtur figuram, tum apud Muratorium (3), (quanquam ab eo proditum tintinnabulum Christiano potius quam Ethnico inserviisse usui nos superius (4) notavimus) conspiciuntur tintinnabula in modum quidem coni producta, sed in quadratam desinentia basim.

14. Et Johanne Smetius (5) narrat, in privato suo Museo existere „ tintin„ nabula ex aere sonora triginta quin-

(1) *Loco cit.*

(2) *In Romano Museo Tab. 1. in Dissert. de Mutini simulacro Edit. an. 1707.*

(3) *In novo Thesauro veterum Inscriptionum To. 4. p. 1989.*

(4) *C. 2. §. 62.*

(5) *Loco cit.*

„ que . Sunt haec (autem veluti pergit) „ non eiusdem formae, aut magnitudinis, „ nonnulla instar campanae rotunda , „ alia quadrata , et ex his unum majusculum cum globulis in quatuor inferioribus angulis „ . Ac „ illorum aliqua „ (ut subiicit) forsan aedium foribus „ fuerunt alligata , habueruntque usum „ vel in privatis Romanorum , et Ba- „ tavorum aedibus , vel in publicis „ eorum templis „ .

15. Peculiaris vero est , atque a caeteris diversa illius tintinnabuli , si tamen tintinnabulum sit , configuratio , quod in sacrificio Cybelis e quercu seu viti pendens instar concavi lebetis effictum Dominicus de Rubeis , et Alexander Maffeius (1) repraesentant . Sed ab aliis etiam dissimilia sunt duo illa tintinnabula cuidam Thermarum fenestrae appensa , quorum majus e minori similiter per funiculum pendet , ac ex veteri anaglypho hausta Blanchinius (2) affert . Ea siquidem licet instar coni pro-

(1) *Gemme antiche figurate P. 2. fig. 38.*
(2) *In cit. Dissert. tab. 7. fig. 8.*

ducerentur, ita tamen est basis eorum configurata, ut eadem totidem videantur esse adaperti pilei.

16. Quamobrem cum temporum suorum usus publica, et probata perhibeant monumenta, vehementer falli Blasium Ugolinum apparet, qui (1) veterum tintinnabulorum formam ignorari ait, ac Alexium Aurelium Pelliccia, qui haec eadem „ ad nostrarum nolarum, sive campanarum formam plane accessisse „ nullo facto discrimine, (2) asserit, (3) adicitque „ quod „ una equidem, quae campanas inter, et tintinnabula interesse videtur differentia, non tantum magnitudine, sed opificio censenda sibi videtur. Tintinnabula enim ex lamina constabant malleo diducta, atque compacta, campanae vero appellari coeperunt tintinnabula grandiora aere fusa, quae eandem caeteroquin cum tintinnabulis formam habuerunt „ quando ipsamet minora tintinnabula

(1) *Ibidem*.
(2) *De Christ. Eccl. Politia l.* 2. *sect.* 2. *c.* 1. *To.* 1.
(3) *Ibid.*

non modo ex lamina malleo diducta conflari, sed etiam aere fundi consuevisse constat.

CAPUT II.

De modo, et loco, cui apud veteres Hebraeos, et Ethnicos majora tintinnabula olim appendebantur.

1. Minora non modo, sed majora etiam tintinnabula fuisse antiquitus adhibita, nemo est, qui dubitet, idque nos pluries (1) innuimus. Alia siquidem esse nisi majora non potuere tintinnabula illa templorum fastigiis adjecta, nec non arboribus appensa, et indicandae Thermarum, aut fori praesertim piscarii horae, atque plurimae tandem familiae in amplis, et spatiosis illis divitum domibus tum e somno excitandae, tum cogendae plane destinata, quae secus audita minime fuissent.

2. Qua de re opus etiam omnino

(1) *Cap.* 5. §. 1. *et seqq.*, *cap.* 6. §. 1. *et seqq.*, *et cap.* 7. §. 21.

erat, ut ea sublimi cuidam appenderentur loco, maxime cum manibus tractari, atque geri majora tintinnabula nequeant. Ad Thermas enim quod pertinet, fieri certe mihi plane non potuisse videtur, quin hoc, sive unum foret, sive multiplex, earumdem horae indicandae destinatum sublimi cuidam seu fastigio, seu saltem loco inesset tintinnabulum, cujusmodi prae aliis Baccius (1), Blanchinius (2), Antonius Maria Lupius (3), et Auctores Encyclopediae Methodicae Parisiensis (4) prae aliis senserunt. Praeterquamquod enim id non obscure innuit duplex illud (5) Blanchinianum monumentum, ubi vel de ipsa Thermarum fenestra, vel de aliquo alio profecto sublimi earumdem loco tintinnabula suspensa, ut pulsarentur, conspiciuntur; quomodo deinde, si, secus se res habuisset, audiri eorum sonus

(1) *Loco cit.*

(2) *Loco cit. cap.* 3. *num.* 15. *pag.* 57., *et num.* 17. *pag.* 58.

(3) *Loco cit.*

(4) *Loco cit. To.* 5. *art. Tintinnabulum pag.* 251. *col.* 2.

(5) *Consulatur* §. 5. *Capitis* 5. *pp.* 263. *et* 264.

valuisset ab iis, qui longe aberant, non modo pilarum lusoribus, et exercitatoribus, ad quos duntaxat (nisi forsitan hos, caeteris non exclusis civibus, maxime cum Martialem de solo pilae ludo agentem explicent, et interpretentur, ab iis praesertim innui voluisse dixeris) balneorum indicium non satis recte coercuisse videntur Mercurialis (1), Domitius Calderinus (2), Thomas Farnabius (3), Chifletius (4), sed ab universo alio populo, tum per amplissima illa Thermarum aedificia, tum per ipsa etiam remotiora urbis loca vagante, ut probe senserunt Magius (5), Raderus (6), Collesso (7), Hadrianus Junius (8). Rosinius (9), Baccius (10), Laurentius Lucensis (11), Ursinus (12), Auctores Encyclopediae Metodicae Parisiensis (13), caeterique omnes docti, et eruditi viri, nisi quis forte finxerit, balneatores, eos nimirum, qui, ut superius

(1) *Loco cit.* (2) *Loco cit.* (3) *Loco cit.*
(4) *Loco cit.* (5) *Loco cit. pag.* 30.
(6) *Loco cit. p.* 961. (7) *Loco cit.*
(8) *Loco cit.* (9) *Loco cit.* (10) *Loco cit.*
(11) *Loco cit.* (12) *Loc. cit.* (13) *Locis cit.*

(1) innuimus, publicis praeerant balneis, tintinnabulis per manuum suorum digitos agitatis, et pulsatis, singula tum palaestrarum, et exercitationum gymnasia, tum philosophorum, et rhetorum scholas, tum demum urbis loca circumire undique consuevisse. Quod sane cum absonum et improbabile sit, et nemo veterum auctorum innuat, nec dici, nec mente ipsa excogitari, nisi perperam, et inepte, valet.

3. Eadem dicenda quoque sunt de tintinnabulo, quo (2) ad forum piscarium pluribus in locis emptores, atque servi Romae inditioribus, iisque amplissimis aedibus (3) una simul cogebantur, vel expergetiebant, vel (4) sua demum obire ministeria monebantur. Nisi enim hac ratione illud impelli, atque pulsari, nec non ab iis etiam, qui longe aberant, audiri valuisset. Atque in sublimibus iis locis, quos totidem appellat Turres, magnarum et vicinarum domorum custodes tintin-

(1) C. 5. §. 4. *pp.* 262. *et* 263.

(2) Id nos fuse lateque probavimus c. 6. §§. 1. 2. et 3. *pp.* 290. *et seqq.*

(3) C. 7. §. 21. *pp.* 331. *et* 332.

(4) *Ibidem* §. 22. *pp.* 332. *et* 333.

nabulis munitos, ut quoties vellent, moneri mutuo possent, mansisse coniicit Lupius (1). Quod tamen cum certo non constet, in re adeo antiqua satis definiri nequit.

4. Sic etiam in monumento illo funebrem coenam repraesentante, cujus nos (2) superius meminimus, sejuncto cuidam, atque sublimi loco magnum illud appensum conspicitur tintinnabulum.

5. Dodonae quidem sublimi cujusdam columnae culmini tintinnabnlum, certe majus, impositum fuisse prodidit Aristoteles (3), ita ut idem a flagello scuticis ferreis instructo, et manibus pueri alteri columnae insidentis inserto, eoque venti vi in ipsum impellente assidue percusso, assidue quoque sonaret. Quanquam si tintinnabulis certe adeo dispositis, veluti narrat Daemon (4), quod tamen tanquam figmentum aliquod, Suida (5) perhiben-

(1) *Loco cit.* §. 91. *p.* 41.

(2) *Ibidem c.* 2. §. 61; *p.* 184. *et* 185., *et c.* 3. §. 9. *pp.* 197. *et* 198.

(3) Apud Suidam, cuius verba exscripta leguntur *pp.* 57. *et seqq. ibique Adnot.* 1.

(4) *Ibidem* (5) *Ibidem*.

te, Aristoteles explodit, Dodonaeum Jovis templum erat redimitum, ut, uno pulsato, sive concusso tintinnabulo, caetera illico resonarent, diu etiam hujusce soni circuitu perdurante, necessarius non fuit, veluti aliter perperam censet Lupius (1), separatus quidam instar pinnaculi sublimis locus, cui eadem appenderentur.

6. In sacris autem Cybelis ineundis tintinnabula de sublimibus arboribus, perinde ac suo nos (2) pandidimus loco, suspendebantur.

7. Tintinnabulis item fastigium templi Jovi Tonanti sacri, veluti testatur Svetonius (3), redimivit Augustus. Sed fastigium (4) significat quidem aedificii

(1) *Ibidem*. (2) *C.2. §. 27. pp.106. et seqq.*

(3) *L. 2. in Octavio Aug. c. 29.*

(4) Fastigium aliquando est (inquit Isaacus Casaubonus in *Comm. ad Sveton.* ac praesertim *ad l.1. c. 81. in Julio Caesare c. 81.* ad ea verba *collabi fastigium domus To. 1. pp. 97. et 98. Ed. an. 1708.*) „ ἁπλῶς aedificii „ summum, ut Festus (*ad Curt. III. 12. 25. §. 85.*) interpretatur: itaque de privatorum aedibus dicitur. Ci- „ cero ad Q. Fratrem lib 3. – *Absolutum ostendi in aedi-* „ *bus tuis tectum: quod supra concluvia non placuerat* „ *tibi esse multorum fastigiorum* –. Et apud Senecam

summitatem, et culmen, si ad privatorum aedes, non autem,si ad Deorum templa idem referatur. Hoc siquidem in casu peculiarem tecti formam sacrorum hujusmodi aedificiorum peculiariter propriam duntaxat fastigium innuit. Et revera non pinnaculum, perinde ac non satis recte arbitratus est Lupius (1), sed interior, quantumvis superior, templi pars tintinnabulis redimiri debuit, et valuit. Qua ratione autem haec tintinnabula templi fastigium undique circumdederint, Dione (2), atque Svetonio (3) silentibus, divinari nobis non licet, ac ex iis id tantum inferri valet, tintinna-

„ Ep. 122, Interdum significat tecti formam Deorum „ templis propriam; quae Graecis ἀετὸς et ἀέτωμα „ dicitur. Aristophanes in *Avibus*, in beatissimae illius „ suae reipublicae descriptione pro summa felicitate „ ponit, quod omnes in aedibus fastigium habentibus „ habitaturi essent, ut numina in templis „. In quo porro fastigii apud veteres Romanos discrimine recensendo eruditi omnes, ac inter eos, ut caeteros plurimos hoc in loco reticeam, plane concinunt Augustinus Babclonius in *Not. ad loc. cit. Svetonii p.* 88. *Ed. an.* 1684., et Samuel Pitiscus *Nota* 33. *ad eumdem locum p.* 140. *e*, 141. *Ed. an.* 1714. plane consulendi.

(1) *Ibidem*.

(2) *Loco cit. et excripto c*, 2. §.56. *pp.* 75. *et seqq.* ibique *Adnot.* 1.

(3) *Loco cit. et exscripto ibidem* §.55.*pp.*174. *et* 175.

bula scilicet, quae antea hujus, de quo res est, templi januis appendebantur, ejusdem fastigio deinde forsitan ope totidem mobilium annulorum, quibus ea insererentur, ut accipiendae concussioni, ac edendo sono essent facilius, et magis idonea, fuisse deinde adjecta.

8. Veteres autem Hebraei pinnaculum fastigii nomine revera intellexerunt. Quippe qui Salomon, perinde ac narrat Eusebius, sive apud eum Suron (1), fastigio, quod Hierosolymitano templo inerat, quadringenta, eaque permagna undique imposuit tintinnabula invicem conjuncta, et catenis quibusdam appensa, ita ut, hisce commotis, illa quoque resonarent. Eo nanque fine id factum fuisse idem adjicit Suron (2), ut tintinnabula illa „ „ tinnitu, ac strepitu suo volucres abi- „ gerent, ne vel insiderent templo, vel „ nidos in valvarum, aut porticuum ta- „ bulatis construerent, aedemque sacram „ sordibus inquinarent „.

(1) Apud Eusebium *Praep. Evang. l.* 9. *sub c.* 4. *n.* 34. *p.* 449., cuius verba excripsimus *C.* 2. §. 57. *pp.* 178. *et* 179. *ibique Adnot.* 2. (2) *Ibidem*

9. Quapropter, si Hebraeorum excipiantur templa, illis veterum Ethnicorum minime inerant pinnacula, quibus tintinnabula imponerentur, ut quodammodo arbitrari videtur Lupius (1). Maxime cum illis Ethnici non indigerent, qui, ut ad sacra ineunda populum cogerent, praeconibus, et accensis utebantur. Sublimi nanque cuidam loco, veluti nos paullo supra (2) innuimus, et ostendimus, magna sua iidem appendere consueverunt tintinnabula, tum cum ad aliquid peragendum congregare populum voluerunt. Cuius porro loci configurationem, et altitudinem, definire monumentorum inopia non licet.

---

(1) *Loc. cit.* §. 91.
(2) §§. 2, 3. *et* 4. *huius cap. pp.* 458. *et seqq.*

CAPUT III.

De iis rebus, quae aliquam cum tintinnabulis servant similitudinem.

1. Nonnullae profecto res quantumvis tintinnabula reapse non sint, quoniam tamen, si vel ipsa eorum spectetur configuratio, vel effectus, aliqua his cum illis quodammodo est similitudo, et affinitas; ne quid in hoc nostro pertractando deesse videretur argumento, de iisdem etiam quaedam hoc in loco breviter subiicienda esse duximus.

2. Inter has principem, atque potiorem sibi vindicant locum ea quae antiquitus appellabantur vasa echea theatrorum. Veteribus nanque Graecis primum, ac deinde Romanis, nec non pluribus Italiae regionibus vasa quaedam aenea majorum tintinnabulorum instar efficta, et configurata in theatris in usu fuisse ad vocem non modo ibi adaugendam, sed et ad concentum armonicum excitandum, perhibet Vitruvius

(1); quae idcirco ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν nimirum a *sonando echea* nuncupavit. Quippe qui eò intenderunt illi, ut eorumdem vasorum ope histrionum recitantium voces clarius, distinctius, et jucundius ab omnibus spectatoribus perciperentur.

3. Qua ratione autem hujusmodi vasa ita fuerint attemperata, itemque in theatris collocata, et disposita, ut eadem spectato illi assequendo effectui, et fini plane atque perfecte responderent, idem diligenter pandit Vitruvius, cujus integrum proinde locum quantumvis longiorem hic praestat excribere. „ Ita ex „ his indagationibus Mathematicis ratio„ nibus (inquit (2)) fiunt vasa aerea pro „ ratione magnitndinis theatri (majora vel minora, plura, vel pauciora), eaque ita (inter se proportionata quoad latitudinem, altitudinem, et crassitiem) „ „ fabricentur, ut cum tanguntur (vel a voce, vel ab aliquo ictu) „ sonitum fa„ cere possint inter se, diatessaron, „ diapente, ex ordine ad disdiapason.

(1) *De Architectura lib.* 5, *c.* 5.
(2) *Ibidem*

„ Postea inter sedes theatri, constitutis
„ cellis, ratione (scilicet proportione)
„ musica ibi collocentur, ita ut nullum
„ parietem tangant, circaque habeant lo-
„ cum vacuum, et a summo capite spa-
„ tium (liberum, ut eo melius reso-
nent; nam si tangerent parietem, vel
a capite, vel a latere, obtunderetur so-
nus) „ ponaturque inuersa (ita ut pars
operta terram, clausa coelum respiciat,
ut vox eo melius subingrediatur „ et ha-
„ beant in parte, quae spectat ad scenam,
„ suppositos cuneos (ferreos, aut ligneos)
„ ne minus altos semipede, contraque
„ eas cellas relinquantur aperturae in-
„ feriorum graduum cubilibus longae
„ pedes duos, altae semi-pedem. Desi-
„ gnationes autem earum, quibus in lo-
„ cis constituantur, sic explicentur. Si
„ non erit ampla magnitudine theatrum,
„ media altitudinis transversa regio de-
„ signetur, et in ea tredecim cellae duo-
„ decim aequalibus intervallis distan-
„ tes conformentur, uti ea echea, quae
„ supra scripta sunt ad neten hyperbo-
„ leon sonantia, in cellis, quae sunt in
„ cornibus extremis utraque parte pri-

„ ma collocentur, secunda ab extremis
„ diatessaron ad neten diezeugomenon,
„ tertia diatessaron ad neten paromeson,
„ quarta ad neten Synemmenon, quinta
„ diatessaron ad mesen, sexta diatessa-
„ ron ad hypaten meson; in medio unum
„ diatessaron ad hypaten hypaton. Ita
„ hac ratiocinatione vox ab scena uti
„ a centro profuso se circumagens tactu-
„ que feriens singulorum vasorum cava
„ excitaverit auctam claritatem, et con-
„ centu convenientem sibi consonan-
„ tiam: sin autem amplior erit magnitu-
„ do theatri, tunc altitudo dividatur in
„ partes quatuor, uti tres efficiantur re-
„ giones cellarum transversae designa-
„ tae, una harmoniae, altera chroma-
„ tos, tertia diatoni. Et ab imo quae
„ erat prima, ea ex harmonia colloce-
„ tur ita, uti in minore theatro supra-
„ scriptum est. In mediana autem parte
„ prima, in extremis cornibus ad chro-
„ maticen hyperboleon habentia soni-
„ tum ponantur: in secundis ab his
„ diatessaron ad chromaticen synemme-
„ non: in quartis diatessaron ad chro-
„ maticen Synemmenon; quintis diates-

„ saron ad chromaticen hypaton : sextis
„ ad paramesen , quod , et ad chroma-
„ ticen hyperboleon diapente , et ad
„ chromaticen meson , diatessaron ha-
„ beant consonantiae communitatem . In
„ medio nihil est collocandum , ideo ,
„ quod sonitum nulla alia qualitas in
„ chromatico genere symphoniae con-
„ sonantiam potest habere . In sum-
„ ma vero divisione , et regione cel-
„ larum in cornibus primis ad dia-
„ tonum hyperboleon , fabricata vasa
„ sonitu ponuntur : in secundis diates-
„ saron ad diatonon diezeugmenon : ter-
„ tiis diapente ad diatonon synemmenon:
„ quartis diatessaron ad diatonon me-
„ son : quintis diatessaron ad diatonon
„ hypaton : sextis diatessaron ad pros-
„ lambanomenon : in medio ad mesen,
„ quod ea , et ad proslambanomenon
„ diapason , et diatonon hypaton . Dia-
„ pente habet symphoniarum commu-
„ nitates . Haec autem si quis voluerit
„ ad perfectum facile perducere , ani-
„ madvertat in extremo libro diagram-
„ ma musica ratione designatum , quod
„ Aristoxenus magno vigore , et indu-

„ stria, generatim divisis modulationi-
„ bus, constitutum reliquit: de quo si
„ quis ratiocinationibus his attenderit,
„ et ad naturam vocis, et ad audientium
„ delectationes facilius valuerit theatro-
„ rum efficere perfectiones „.

4. Hactenus Vitruvius. Sed ipsa ejusdem operis exemplarium corruptio, et maxima discrepantia illorum, qui eum interpretandum, et explicandum susceperunt, cujusmodi prae aliis sunt Philander, Daniel Barbarus, Caesar Caesarianus, et Jodocus Jucundus, qui Commentaria in Vitruvium conscripsere, nec non Bonaventuras Cavalerius (1), Athanasius Kircherus (2), Marcus Maibomius (3), et Gaspar Schottus (4), hisce, de quibus res est,, echeis theatris tantas offuderunt tenebras, ut quid Vitruvius de iis revera senserit, quid

(1) *Dello specchio ustorio, ovvero trattato delle sezzioni Coniche c. 36.*

(2) In opere inscripto *Musurgia universalis sive ars magna consoni et dissoni l. 9. c. 4. to. 2. pp. 283. et seqq. Ed. an. 1650.*

(3) *In Praefat. ad Septem auctores Graecos Musicae.*

(4) *In Magia universali naturae et artis Part. 2. l. 6. c. 3.*

alii dixerint, quidve demum sit de iisdem statuendum satis aperte non pateat. Quoniam autem rectius quam caeteri omnes, perinde ac Schottus (1) animadvertit, Vitruvium intellexisse, atque pandidisse videtur Kircherus, idemque ita perspicue, ac dilucide de cellularum ordine, de vasorum echeorum dispositione, de ratione tandem, qua haec eadem sonarent, et incitarentur, egit, ut quae in Vitruviano theatro vel indigent explicatione, vel paullo sunt obscuriora, ipsa ejusdem allata aerea designatione, seu figura, praeclare patefaciat, et illustret, aliorum itaque praetermissis interpretationibus, eumdem, ipsis ejus recensitis verbis, audire praestat.

5. Sic porro de cellulis loquitur „ Cellulae (inquit (2)) intra inte„ riorem contignationem ordine dispo„ sitae erant tredecim ita quidem ab „ invicem separatae, ut tamen a lateri„ bus singulae meatus, seu canales quos-

(1) *Ibid. p.* 361.
(2) *Loc. cit.* §. 1. *pp.* 286. *et* 287.

„ dam haberent, per quos vox in vi-
„ cinas cellas propagata majus semper
„ et majus incrementum sumeret. Fi-
„ gura interioris cellarum superficiei
„ alia esse non poterat, quam cyclica,
„ utpote ad propagandam, augendam-
„ que vocem aptissima, uti hic descri-
„ psimus. Magnitudo cellarum magni-
„ tudini respondebat theatri; et cel-
„ lulae quidem non comparebant, ut-
„ pote infra contignationem absconditae,
„ habebant tamen forinsecus apertu-
„ ram vel quadrangulam, vel ovalem
„ longam duobus pedibus, semipede
„ vero altam . . . . per
„ hos siquidem vox comoedorum sese
„ insinuans, ibidem varia reflexione
„ multiplicabatur, multiplicata vero va-
„ riis gyris agitata tandem per latera-
„ les meatus .... proximis cel-
„ lis ordine communicabatur. Unde
„ mirum non fuit tantam causatam
„ fuisse resonantiam theatri. Dixi per
„ laterales meatus, quia sine hisce vox
„ vigorem suum nancisci minime po-
„ terat, utpote intra cellas sine exitu
„ absorpta, suffocataque „.

6. Ad ipsam vero echeorum illorum vasorum dispositionem praefiniendam pertransiens, ita subiicit (1) „ Vasa aenea singula singulis cellis im- „ ponebantur hoc pacto. In medio pa- „ vimento cellae erigebatur cuneus, „ sive fulcrum .... Quod in fun- „ do vasis summa industria ita insere- „ batur, ut liberrime ille inniteretur, „ non secus ac in nostris campanis su- „ binde fieri solet; aculeis enim im- „ positis, vasa melius resonant, cum „ nullum obstaculum sit, quod tremo- „ rem campanae impedire possit. Fi- „ gura vasorum alia esse non poterat „ nisi ea, quam nostrae campanae ha- „ bent, a quibus nulla ratione discre- „ pabant. Non enim angularia esse po- „ terant, quia sonum impedissent an- „ guli; neque sphoerica, uti aliqui vo- „ lunt, cum hoc contra Vitruvii men- „ tem sit, qui expresse dicit vasa fuis- „ se inferius aperta, et cuneis innixa, „ alii mortariorum instar fuisse existi- „ mant, quibus non contradico; est

(1) *Ibid.* §. 2. *p.* 287.

„ enim mortarium campanae prorsus simile, et ab ea non distat, nisi quod aliquanto campana contractius sit mortarium. Habuerunt itaque aliqud conici uti nostrae campanae, et mortaria. Haec enim omnium optimam resonantiam efficere, experientia a multis saeculis docuit, et nos fuse in tractatu de campanis ostendimus „.

7. Aliquando tamen in oppidis non magnis, quemadmodum ipse quoque perhibet Vitruvius (1), propter inopiam adhibebantur vasa fictilia instar doliorum efformata. Qua de re „ nonnulli „ (veluti ait Kircherus (2)) advertentes „ in Hyppodromi Romani adhuc superstitis vestigiis nescio quae testacea vasa visceribus murorum inserta, in eam devenere sententiam; hujusmodi vasa non alia de caussa ibidem dis-

(1) „ Multi etiam solertes Architecti, (*ait loco cit. in fine*) „ qui in oppidis non magnis theatra constituerunt, propter inopiam fictilibus doliis, ita sonantibus electis, hac ratiocinatione compositis, perfecerunt utilissimos effectus „.

(2) *Loc. cit.* §. 3. *p.* 289.

„ posita fuisse, nisi ad resonantiam „ theatri augmentandam. Verum vehe„ menter hallucinantur, cum dictus „ hyppodromus, nec formam theatri, „ multo minus ob currentium equorum, „ hominumque tumultuantium strepi„ tum resonantia indiguerint; dico ita„ que testacea illa vasa ad pondus mu„ rorum sublevandum, quemadmodum, „ et hodierno die in fornicibus topha„ ceis pondere sublevandis adhuc fieri „ videmus; inserta fuisse „.

8. Ac tandem usum ipsum, rationem videlicet, qua echea hujusmodi vasa, ipsis aliorum expositis, et refutatis opinionibus, Kircherus tradens ait (1), „ Magna hoc loco de incitandis vasis „ controversia est, dum multi capere „ non possunt, quomodo haec armoni„ ca vasa sonitum ediderint. Quidam „ putant, vasa malleolos habuisss filis „ aut funiculis ferreis affixos, qui ad „ eorum attractum campanis allisi so„ nuerint, non secus uti in modernis „ campanariis organis fieri solet, ita

(1) *Ibid. pp.* 287. *et* 288.

„ Caesar Caesarianus in Commentariis
„ suis in Vitruvium . Nonnulli sola
„ aeris ex voce comoedorum agitati il-
„ lisione, et impetu vasa sonuisse ar-
„ bitrantur. Veruntamen hoc subsiste-
„ re non potest , cum nulla vox tan-
„ ta sit , quae ad campanam aliquam
„ incitandam sufficiat ; et patet in no-
„ stris campanis, quae si sola agitatio-
„ ne aeris sonare possent, dicerem pro-
„ fecto , eas perpetuum sonum effectu-
„ ras, cum aeri perpetuo expositae sint,
„ et in alto ut plurimum loco ubi ven-
„ tus multum dominatur, neqne tamen
„ experientia ulla docuit, ventum etiam
„ quantumvis impetuosum hujusmodi
„ sonum unquam causasse. Imo ut ali-
„ quam hujus rei experientiam sume-
„ rem , campanas vitreas conflari cu-
„ ravi , easque Vitruviana methodo
„ locis concavis situata studiose dispo-
„ sui, voces secundum omnes intensio-
„ nis gradus adhibui , neque tamen
„ quidquam soni perceptum fuit , sed
„ tinnitus tantum , qualis in puteis, et
„ locis concavis fieri solet. Volunt ta-
„ men pleriquae, concavas illas cellas,

„ et vasa tantum fuisse adhibita ad magnam resonantiam theatro conciliandam. Quod non nego. Sed quid tam „ ingeniosa in vasis juxta consonantias „ harmonicas proportionandis industria „ sine eorumdem attactu immediato contulerit, non video. Ad quem finem „ tam studiosa, et subtilis secundum „ triplex Musicae genus diatonicum, „ chromaticum, enarmonicum vasorum „ distributio ordinata fuerit, dispicere „ minime valeo, cùm sine symphonia „ actuali haec omnia inutilia fuerint, „ et nullius usus. Vel igitur dicendum „ est, tantum ad voces comoedorum „ augendas fuisse institutas, vel alium „ aliquem usum habuisse, sed verisimile non est, Echea cum tanto harmonico artificio ob solam majorem „ vocis resonantiam compacta fuisse; „ neque etiam dici potest, ut paulo ante „ probatam fuit, voce sola, sive illisione aeris in ea facta in harmonicam „ symphoniam fuisse incitata „.

9. Quamobrem Cavalerius (1) autu-

(1) *Loco cit.*

mat, huiusmodi cellas perinde ac echea vasa figurae fuisse partim parabolicae, partim hyperbolicae, atque in iis vocem ingressam, et allisam infinita quadam radiorum multiplicatione adauctam. Quod ut probet, aliam huius theatri constructionem ab illa Vitruvii plane diversam affert. Quippe qui Cavalerius a loco vocis usque ad cellas parabolicos fingit fornices, in quibus vox tanquam ab ipso parabolicorum fornicum centro profecta, et in infinitum multiplicata, mirificos tum in vocis intensione, tum in concitandis echeis praestiterit effectus. Verum nova haec Cavalerii fictio ab illa Vitruvii plane dissidens architectis, ut perhibet Kircherus (1), probata minime fuit. Ac deinde quaestio in eo non versatur, utrum scilicet in concentum harmonicum echea illa vasa concitari potuerint, sed qua ratione fuerint reapse concitata, ipsa tamen retenta theatri, et cellularum forma per Vitruvium recensita.

10. Cui porro quaestioni mirifice,

(1) *Ibid. p.* 288.

atque praeclare idem satisfacit Kircherus.
„ Quaeritur igitur, (inquit (1)) quomodo
„ haec theatra tantam haberent resonan-
„ tiam , et quomodo disposita fuerint
„ vasa ad tam luculentum effectum ,
„ quem Historici referunt , edendum ?
„ Notandnm igitur , duplicem armoni-
„ cum sonum considerari posse in hu-
„ jusmodi Echaeis ; primus fiebat per
„ tinnitum quemdam, sive bombum har-
„ monicum , dum voces externae cellu-
„ las subeuntes , et varia agitatione il-
„ lisae , tandem multiplicato sono , et
„ veluti impetu quodam facto in Echaea
„ vasa , cum tinnitum , quem vasorum
„ tremor exhibebat , reddiderunt , alter
„ esse poterat per malleolos funiculis
„ attractos , atque in Echaea illisos con-
„ stitutus : prioris usus videtur fuisse ,
„ ut vox comoedorum in concavitates
„ illas recepta , ibidemque multiplicata,
„ majorem resonantiam acquireret , uti
„ dictum est , et omnes mecum consen-
„ tiunt in Vitruvium Commentatores ;

(1) *Ibid.*

„ qui quidem nihil aliud erat, quam „ tinnitus quidam symphoniacus ex tre- „ more Echaeorum varia armonica pro- „ portione distributorum causatus; alter „ usus fuisse potuit in praeludiis, aut „ intermediis. Nam ut auditores excita- „ rent, et expectationem rerum secutu- „ rarum acuerent, antequam personae „ theatrum ingrederentur, Echaea sonita „ fuisse, sed sonare non poterant nisi „ filis ferreis malleis suis instructis per „ omnes cellas deductis. Hoc enim filo „ per omnes cellas industrie traducto, „ unus quispiam huic negotio speciali- „ ter deputatus, omnia vasa in harmo- „ niam perfectissimam incitavit; quae „ vasa in cellis vehementem sonitum „ excitabant longe lateque perceptibi- „ lem, et tanto majoris admirationis, „ quanto machinatio musurgica erat oc- „ cultior; atque hunc usum fuisse prae- „ cipuum, ipse Vitruvius insinuat hisce „ verbis: *Excitavit auctam claritatem,* „ *et concentu convenientem sibi conso-* „ *nantiam*. Concentus igitur fuit vaso- „ rum juxta consonantias musicas con-

„ cinnatorum, at similem vehementem „ concentum solius vocis illisione fieri „ non posse supra dictum est, dicta „ itaque ratione per funiculos occultos „ in harmoniam excitata, sonuere, quod „ et subolfecit Caesar Caesarianus su„ pracitatus. Et nisi hac ratione con„ tigerit; non video, quis ullus alius „ modus esse potuerit, quo in conso„ nantiam incitata fuerint, Hoc enim „ eodem artificio, Plinio teste, tonitrua, „ aliaque murmura exhibebant, Quod „ vero Vitruvius de dictis funiculis et „ malleolis nihil aperte dicat, hoc ideo „ factum est, quod simile theatrum ipse „ nunquam viderit, sed a Graecis re„ latione tantum acceperit„.

11. Hujusmodi theatra Romae nullatenus extitisse ingenue fatetur Vitruvius (1), peritioribus sui temporis ar-

(1) „ Dicet aliquis forte (*ait loc. cit. circa fin.*) „ multa theatra Romae quotannis facta esse, neque ul„ lam rationem harum rerum in his fuisse; sed erravit

chitectis, ut animadvertit Kircherus (1), quidquam forsitan circa eorumdem constructionem ei objicientibus respondens. Ea tamen in Italiae regionibus, ac pluribus Graecorum civitatibus, quod etiam falsum esse asserit, atque probat Schottus (2), fuisse idem perhibet Vitruvius

„ in eo, quod omnia publica lignea theatra tabulatio-
„ nes habent complures, quas necesse est sonare. Hoc
„ vero licet animadvertere etiam a citharoedis, qui
„ superiore tono cum volunt canere, advertunt se
„ ad scoenae valvas, et ita recipiunt ab earum auxi-
„ lio consonantiam vocis. Cum autem ex solidis ra-
„ tionibus theatra constituuntur, idest ex structura
„ coementorum, lapide, marmore, quae sonare non
„ possunt, tunc ex his hac ratione sunt explicanda.
„ Sin autem quaeritur, in quo theatro ea sint facta,
„ Romae non possumus ostendere, sed in Italiae re-
„ gionibus, et in pluribus Graecorum Civitatibus.
„ Etiamque auctorem habemus L. Mummium, qui, di-
„ ruto theatro Corinthiorum, eius Echea Romam de-
„ portavit, et de manubiis ad aedem Lunae dedicavit„.

(1) *Ibidem*.

(2) *Loc. cit. sub* §.3. *p.*370. „ Ego ut facta fuisse,
„ (inquit) quae Vitruvius asserit, mihi persuadeam,
„ adduci vix ac ne vix quidem possum. Imo an ullum
„ ullibi fuerit tale theatrum cum echeis vasis, quale
„ a Vitruvio describitur, dubito. Romae certe eius
„ aetate nullum extabat, ut ipsemet fatetur; nec in iis,
„ quae ibidem ex parte adhuc extant, ullum cellarum
„ descriptarum vestigium apparet; nec puto unquam

(1). Sed merito coniicit Kircherus (2), eadem nullo alio in loco revera extitisse praeterquam Corinthi, ex quo Lucius Mummius (non quidem Pericles (3)) ablata vasa „ aenea (inquit „ Vitruvius (4)) Romam deportavit, et „ de manubiis ad aedem Lunae (non qui- „ dem Fortunae (5)) dedicavit „. Qua

„ in aliis Italiae locis similia theatra fuisse aedificata, quanvis Vitruvius id asserat, quia nec Lipsius, „ nec alius, quod sciam, cum ille multa de iis et „ accurate, uti et de Romanis disserat, dictarum cellularum ac vasorum mentionem faciunt. Bulengerus etiam, qui duos de Theatro libros poene vastos „ scripsit, nihil de vasis theatri habet, quam quae „ ex Vitruvio recitavimus. Suspicor, Aristoxenum „ scriptis tradidisse, qua ratione vasa in theatris „ disponi per cellulas possent, ut vox intenderetur. „ Innuit hoc Vitruvius, cui adeo placuit speculatio „ illa, ut eius explicandae caussa totius Musicae „ theoricae fundamenta praemiserit *lib.* 5. *cap.* 4. Mera igitur speculatio est, quae Vitruvius hactenus „ de echeis vasis, et eorum usu dixit, nec unquam, „ saltem Romae, et in Italia in praxin redacta. In „ eadem suspicione video fuisse Kircherum „.

(1) *Ibid.* (2) *Ibid.*

(3) Ita Vitruvium sensisse refert Kircherus *ibidem.*

(4) *Ibid.*

(5) Sic etiam putasse Vitruvium idem tradit Kircherus *ibid.*

de re nec similia theatra unquam fuisse a Vitruvio visa, sed ab eo vel Graecorum relatione, vel Aristoxeni praeceptis ducto fuisse arbitrio suo conficta non inepte observant Kircherus (1), et Schottus (2). Quin et adiiciunt, „ verisi- „ mile esse, (ut verbis utar Kircheri „ (3)) Vitruvium huiusmodi theatri „ fabricam ex aliquo Manuscripto Ari- „ stoxeni simpliciter descriptam posteris „ exhibuisse „. Quae Vitruvio sane adeo placuit; ut ad eam explicandam totius musicae theoreticae fundamenta praemiserit.

12. Tintinnabulis similis dici potest illa veterum Hebraeorum tuba „ in „ campanulam desinens „ quam memorat Josephus (4).

(1) *Ibid.* „ Quod vero (inquit) Vitruvins de di- „ ctis funiculis, et malleolis nihil aperte dicat; hoc „ ideo factum est, quod simile theatrum ipse nun- „ quam viderit; sed a Graecis relatione tantum acce- „ perit. Unde Aristoxenum, quem huiusmodi theatri „ auctorem extitisse; verisimile est; frequenter alle- „ gat; musica eiusdem praecepta sequitur ipse du- „ bius „.

(2) *Ibidem*.

(3) *Ibid.p.* 289.

(4) *Antiquit. Jud. l.* 3. *c.* 12. *n.* 6., cuius locum

13. Sed iisdem constanter similis est configuratione sua latior tubae pars a Graecis propterea κώδων, perinde ac illa, dicta. Quapropter hanc eamdem campanae inveniendae occasionem dedisse, sive, ut eius utar verbis „ ansam proebuisse „ autumat Marcus Antonius Surgentis (1).

14. Veterum galeros tintinnabulorum configurationem praesetulisse, observat Magius (2).

15. Iis etiam plantae papaverum capita sunt ferme similia, itemque ab eorum forma et similitudine „ quae „ *codonum* voce à Graecis significantur, *codones* dici tintinnabula aliquem „ non sine ratione fortasse contendere „ idem adiicit, et autumat Magius (3).

16. Tintinnabulis quoque similes erant veteres illi aenei lebetes à nobis suexscripsimus *pp.* 50. *et* 51. *ibique Adnot.* 1.

(1) *In Neapoli illustrata C.* 11. *n.* 36. apud Graevium cit. *Thes. antiqu. ex hist. Ital. To.* 9. *P.* 3. *Col.* 72.

(2) *De Tintinn. C.* 20. *p.* 75.

(3) *In cit. opere C.* 1. *p.* 23.

perius (1) recensiti seu quandoque instar (2) poculorum, seu potius (3) vasorum, (4) aliquando instar gauli, navigii scilicet (5) pene rotundi, (6) plerumque autem instar tripodis configurati (7) vel ebulliendae aquae, ac obsoniis coquendis, vel (8) pedibus; vel (9) manibus abluendis, vel, ut autumat Servius (10), aquae, dum manus abluuntur, decidere solitae colligendae idoneo inservientes usui, ac propterea (11) seu *coquinaria*, seu *pelluvia*, seu *malluvia* vasa etiam nuncupati, ac iidem quodammodo ampliores, et ,, majores (ut verbis utar Ligth- ,, footi (12)) aurei et argentei, quibus

(1) *C.* 2. §. 6. *pp.* 62. *et seqq.*
(2) *Ibid. pp.* 64. et 65.
(3) *Ibid. pp.* 62. *et seqq.*
(4) Martin, in *Lex. philolog. To.* 1. *Art. Lebes.*
(5) *Ibid.*, ac *art. Gaulus.*
(6) *Cit. cap.* 2. *pp.* 58. *et seqq.*
(7) Martin. *ibid.*
(8) Martin. *ibid. et To.* 2. *Art. Pelluvium.*
(9) *Martin. ibid.*, *et Art. Malluvium.*
(10) *In Comment. in Virg. in l.* 5. *Aeneid.*
(11) Martin. *citatis in locis.*
(12) Loco a nobis superius citato et exscripto *pp.* 62. ibique *Adnot.* 1.

„ iniiciebantur intestina victimarum, ut „ eo deferrentur, ubi oportebat ea ablui „. Quamobrem tum (1) illa, quae Jovis Dodonaei templo inerant, tum (2) caetera etiam tintinnabula lebetum nuncupatione antiquitus saepe designabantur, ac iidem, quemadmodum apposite observat Stocflethus (3), ut maxime sonori tum in proverbium adscisci, tum ipso tintinnabulorum loco non raro complodi consueverunt.

17. Illae quoque galeae Graece *κaπάνη* ab Hesychio (4) memoratae, ac „ galeae e pilis „ ab eodem (5) proprie definitae, vel etiam aereae galeae, ad quas Graecum vocabulum *κaπάνη* extendi potuisse autumat Vossius (6), et eam-

(1) Id fuse lateque pandidimus C. 2. §§. 5. et *seqq. pp.* 57. *et seqq.*

(2) *Ibid.*

(3) *De campanis* C. 24. §. 1.

(4) *In Lexicon To.* 2. *col.* 139. *Ed. Lugd. Bat. an.* 1766.

(5) *Ibid.* „ τριχίνη κυνῆ „ .

(6) *In Etymolog. Ling. Lat. Art. Campana To.* 1, *p.* 137. *col.* 2.

dem campanarum praeseferebant configurationem, et earum loco saepe percelli solitae fuerunt, ita ut inde „ campanae nomen originem traxissse „ idem coniiciat Vossius (1).

18. A campanis item „ non dissimile (ut verbis utar Joannis Argoli (2)) „ Κώθων est poculum rotundum „ labro interius recurvo ; quo Spartani „ milites utebantur „ et quod à Venetis *gotto* appellari subiicit. Quippe quod apud veteres Lacaedemones ; quemadmodum eius pandens recensionem perhibet Plutarchus (3) „ poculum Laconi„ cum, quod *cothon* dicebatur, in com„ mendatione erat maxime ad expedi-

(1) *Ibidem*.

(2) Loco cit. et excripto *in Praefat. p. IX. in Alnot.*

(3) *In Vit. paralell. To. 1. in Lycurgo pag. 82.* „ Δὶ ὃ (ait) καὶ τὰ πρόχειρα τῶν σκευῶν, καὶ ἀναγκαῖα ταῦτα, κλιντῆρες, καὶ δίφροι, καὶ τράπεζαι, βέλτιστα παρ᾽ αὐτοῖς ἐδημιουργεῖτο, καὶ κώθων ὁ Λακωνικὸς εὐδοκίμει μάλιστα πρὸς τὰς στρατείας, ὥς φησι Κριτίας. Τὰ γὰρ ἀναγκαίως πινόμενα τῶν ὑδάτων, καὶ δυσωποῦντα τὴν ὄψιν, ἀπεκρύπτετο τῇ χρόᾳ, καὶ τοῦ θολεροῦ πρὸς

„ tiones , ut est auctor Critias , quod „ aqua , ad quam potandum urgebat ne„ cessitas, ne offenderet oculos,tegeretur „ poculi colore : et quia , quod turbidi „ inerat, impingebat intus , ac labris „ cohibebatur , potus accedebat ori „ purior „ : et cuius propterea elegantem , concinnam,atque artificiosam structuram , perinde ac illam caeterorum quotidianorum et necessarjorum instrumentorum , lectorum scilicet , sedum , et mensarum , idem merito admiratur , atque commendat Plutarchus (1) .

19. Sic etiam „ quod pallia nonnulla antiquorum (veluti ait Brau„ nius (2)) in Europa ; praesertim in „ Anglia rotunda fuerint instar tunicae , „ aut quod eiusmodi tunicae exteriores „ etiam saepe pallia vocata fuerint , „ colligi potest inde, quod Angli *pallium*

κόπτοντος ἐντὸς , καὶ προϊσχομένου τοῖς ἄμβωσι καθαρώτερον ἐπλησίαζε τῷ στόματι τὸ πινόμενον · αἴτιος δὲ καὶ τούτων ὁ νομοθέτης · ἀπηλλαγμένοι γάρ οἱ δημιουργοὶ τῶν ἀχρήστων , ἐν τοῖς ἀναγκαίοις ἐπεδείκνυντο τὴν καλλιτεχνίαν „ .

(1) *Ibidem* .

(2) *Loco cit.* §. 414. *p.* 446.

„ soleant dicere a *Cloake* ab Hebraeo
„ *Chaluke*, quod Hebraeis *tunicam* aut
„ *camisiam* significat, ut et aliis populis
„ *nolam*, idest *tintinnabulum majus*,
„ à rotunditate „.

20. Veteres Phaeaces, eorumque Rex Alcinous, cujus hortos commendat, et recenset Homerus (1), ac eosdem Romani antiquitus etiam imitati, quibusdam crystallinis vasis instar tintinnabulorum effictis aliquos suos delicatiores vel fructus, vel herbas, vel flores undique contegere, cujusmodi hodie quoque fit, consueverunt, ut eosdem incolumes adversus hyemalia frigora, nives, atque glacies tuerentur, nec non ipsam eorum adverso illo anni tempore vel properarent, vel assequerentur maturitatem. Hactenus panditum utrorumque morem luculenter nobis prodidit Martialis

„ Qui Corcyrei (ait (2)) vidit pomaria regis

(1) *Odysseae l. 6.*
(2) *Epigramm. L. 8. Epigr. 68.*

„ Rus, Entelle, tuae praeferat ille
domus.
„ Invida purpureos urat ne bruma
racemos,
„ Et gelidum Bacchi munera fri-
gus edat.
„ Condita perspicua vivit vindemia
gemma.
„ Et tegitur felix, nec tamen uva
latet.
„ Foemineam lucet sic per bombycina
corpus:
„ Calculus in nitida sic numeratur
aqua.
„ Quid non ingenio voluit natura li-
cere?
„ Autumnum sterilis ferre jubetur
hyems „.

21. Simile his est (1) Chrystallinum quoque illud vas non secus ac tintinnabulum vel campana configuratum, et *campanae* nomine nuncupatum rebus delicatioribus, affabreque constructis

(1) Hoc vas recensetur a Lexico Cruscae Italico To.I. *p.*523. V. *Campana*, cuius verba nos exscripsimus in *Praefat pp. XIII. et XIV.* in *Adnot.*

vel ab aere, vel à pulvere tuendis prospiciens.

22. Item campanae formam, et nuncupationem sibi vindicat plumbeum alind illud (1) vas stillandi usibus inserviens. Cuiusmodi quoque sunt (2) bilances illae, perinde ac campanae concavae, atque depressae, ac idcirco *campanae* nuncupatae.

23. Plures etiam sunt denique flores, qui cum eadem sint figura praediti, qua tintinnabulum vel campana, *campanae* vel *campanulae* apud Bottanicos obtinent nomen.

24. Sed operae quoque praetium est, ut hoc demum in loco carneae illius campanae iniiciatur mentio, quam inesse capiti venenonissimi Indorum insecti tradunt itinerum scriptores, veluti narrat Pacichellius (3) „ cuius motus, ac so-„ nitus (veluti ait) homines, caeteros-„ que animantes prudentes reddit, atque

(1) De hoc etiam vase idem loquitur Lexicon *ibidem*, cuius verba leguntur *cit. Adnot.*

(2) Consulatur *cit. Adnotatio pp. XII.* et *XIII.*

(3) *In lucubr. de tintinn. Nolano c.* 1, *p.* 22.

„ avertit „. Quanquam in ipsa huius rei veritate asserenda, vel tanquam fabula explodenda idem anceps haereat Pacichellius (1).

(1) *Ibidem.*

PARALIPOMENA.

Quoniam Opere jam formis excuso, adhuc nonnulla superesse cognovi, quae rei nostrae magis magisque pandendae, ac illustrandae prospiciebant, ac suis apte in locis non fuerant collocata, ne quid in hoc uberrimo pertractando et evolvendo argumento, quantum in nobis est, praetermissum fuisse videretur, eadem idcirco PARALIPOMENON nomine in hoc ipso totius operis calce docto ac erudito Lectori subiicienda esse duximus exemplo Cl. Thomae Dempsteri, qui ad singula Capita Operis Joannis Rosini, cui titulus *Antiquitatum Romanarum Corpus absolutissimum*, addidit *Paralipomena*.

Ae pag. IV. in Adnot. lin. 2.

Quamquam ante Seculum VI. campanarum usum invectum in Ecclesiam occidentalem fuisse ex illius eiusdem

S. Columbae Vita arguat atque coniiciat Benedictus XIV. (1). Quam tamen quaestionem, Scriptoribus vel monumentis deficientibus in medio relinquam.

Ad pag. IX. post lin. 7.

„ Desumpta vox (campana) creditur, (ut hoc in loco caeteris adjiciam peculiarem quoque de huius eiusdem origine Francisci Antonii Zaccaria (2) opinionem, et conjecturam) „ ex Cam-
„ pania Provincta Italiae, non quidem
„ quod ibi campanae primum inventae
„ fuerint, cuius rei vestigium non in-
„ venitur, sed forte ibidem commo-
„ dior modus suspendendi, et aequili-
„ brandi campanas in usum traductus
„ est. Nola dicitur, (veluti subiicit (3))
„ ab Urbe huius nominis in Campa-
„ nia, forte ob celebres artifices ibi

(1) *In Instit. Eccl. Inst.* 20. *n.* 6.

(2) *In Adnot.* 2. *ad dissert. de campanis P. Zech* additam operi Fleury *de disciplina Populi Dei To.* 1. *p.* 122. Ed. Ven. an. 1782.

(3) *Ibid. in Adnot.* 4.

„ habitantes ...... Plerumque Nola su-
„ mitur pro tintinnabulo minore, cam-
„ pana pro majore „.

Ad pag. XX. lin. 3.

Aliter sensisse non videtur Laurentius Beyerlinck, dum (1) ait „ Pau-
„ linus Nolae urbis Campaniae Episco-
„ pus primus in sua Ecclesia campa-
„ nae usum invenisse proditur, et ad
„ pia munia transtulisse, ut nimirum
„ ejus sono exciri possent remotius ha-
„ bitantes ad conciones, precationes-
„ que. Atque hinc fortasse tenuit con-
„ suetudo, ut nolae, et campanae vo-
„ cabulis censerentur tintinnabula ab
„ ab hac Campaniae Nola „.

Ad pag. XXV. lin. 17.

Ipse quoque Augustinus Oldoinius (2) observat atque sentit, Sabinia-

(1) *In Theatro vitae hum. To.* 2 *litt. C. art. campana p.* 57.

(2) *In Addit.* ad Sabiniani Vitam seu Hist. *Ciacconii novae Edit. To.*2. *p.* 422. *litt. C. et D.*

num tintinnabulorum majorum usum, seu Ecclesiae Nolanae ritum (forsitan ex S. Paulino) ad Romanam duntaxat transtulisse, indeque ad reliquas tum Occidentis, tum Orientis Ecclesias eumdem dimanasse.

Ad pag. 3. *post* § 2.

Sic etiam neque probari possunt, quidam primum tintinnabulorum vel majorum vel minorum inventum adscribentes, veluti narrat Kircherus (1), Aegyptiis „ qui aes in hemisphaerium „ quoddam conformatum in festivitate „ Osiridis pulsantes una cum sistris et „ crepitaculis omnia perstrepebant „. Licet enim iis reapse usos ea occasione Aegyptios fuisse ostendi posset, quod porro minime ostenditur, ea tamen esse ab Aegyptiis primum excogitata, et adhibita non constat.

Maxime cum eorumdem „ Inventor huc usque lateat „ veluti Pacichellius (2) subiicit panditi erroris re-

(1) *In Musurgia univers. l.* 6. *Part.* 4. *c.* 2. *To.* 1. *pag.* 520.

(2) *De tintinn. Nol. c.* 1. *pp.* 11. *et* 12.

censioni ex Kirchero haustae, illorum tamen eum asserentium iniiciens mentionem, qui eiusdem neutiquam meminerunt,

Ad pag. 18. *in Adnot. lin.* 10.

Caeteris Auctoribus, qui, allatis etiam SS. Patruum locis, tropologicam, allegoricam, et mysticam persequuntur significationem tintinnabulorum, quae vesti Aaronis inerant, adiici debet Beyerlinck (1).

Ad pag. 19. *ad Adnot. lin.* 12. *post Verbum* Epist. 24.

Campanis praedicatores adumbrari, sensit quoque Hieronymus.

Pro grati animi sensu, falsitatis, et simulationis cuiuslibet amotione, veritate demum significanda tintinnabuli effigies in ipsis etiam gentilitiis familiarum stemmatibus recen-

(1) *In magno vitae hum. theatro To. 7. litt. T. p.* 144. *art. Tintinnabulum.*

tiori aetate invectis adhibetur. Huiusmodi prae aliis „ est symbolum (ut pe-
„ rhibet Sylvester Petrasancta (1)) cu-
„ iusdam ex familia Campana, qui ex-
„ tra patriam genitus, atque educatus,
„ ut gratum animum profiteretur erga
„ illos, quorum hauserat mores, nolu-
„ lam figuravit, et adscripsit ei hoc lem-
„ ma, COMMIXTIONE CLARIOR: nam
„ ea strepitu dulciori resonat quando
„ conflatur ex metallis diversis „. In gentilitio item meae familiae stemmate non quidem unum sed duplex majus visitur in caeruleo campo tintinnabulum cuidam fasciae seu repagulo appensum, quo sideris in superiori, ac mediae Lunae in parte inferiori sitae mutuo dividitur imago. Utroque autem illo tintinnabulo neutiquam ulli falsitati ac simulationi, soli autem veritati locum esse debere praeclarissime innuitur. Quippe quod universi stemmatis culmini haec inscripta insunt verba NE CREDE COLORI caeruleo scilicet, quo eius campus illinitur.

(1) *De Symbolis heroicis l. 7. c. 5. pp. 325. et 326.*

Ad pag. 46. *vel pag.* 416.
post §. 27.

Ille apud nos adhuc servatur Bacchanalium tempore mos ab ipsa usque veterum Ethnicorum aetate ductus, ut equi personatorum hominum currus vehentes pluribus non raro exornenur tintinnabulis adjunctis tum ephippiis, tum pectorali fasciae tum caeteris eorumdem vestibus; cuiusmodi etiam vehicularii, ut facilius audiantur, indui solent equi.

Ad pag. 53. *ad Adnot.* 1. *in fine.*

Graecum vocabulum κώδων, quo ab antiquis Scriptoribus communiter, et plerumque tintinnabulum significari consuevisse suo (1) nos ostendimus loco, in rariori eo sensu, ut *latum tubae* idem significaret, tum Athenaeus, tum Eustathius acceperunt. Athenaeus ita (2) loquitur „ Βαρὺς γὰρ ὗτος παρ᾽ ὃ καὶ τὸ κέρας

(1) *C.* 2. §. 4. *pp.* 52-57.
(2) *Deipnosoph. l.* 4. *in fin. Opp. Vol.* 1.

αὐτῷ προσάπτυσιν ἀναλογυν τῷ τῶν σαγπίγγων κώδωνι ,, . Nimirum ,, Hos enim (modos Phrygios) innuit nempe graves, ,, quibus ideo accomodantur cornua, ,, ut eorum sonus proportione respondeat *Codoni* idest *lato tubae* ,, . In quae verba subiiciens Isaacus Casaubonus inquit (1) ,, Idest, vim eamdem habet ad ,, exacuendum gravem alias tibiae Phrygiae sonum, quam in tuba Codon. ,, Est autem κώδων orificium tubae, qua ,, exit spiritus ,, . Eustathius autem (2) ,, Ἕκτη (tubae species) Τυρσηνικὴ, ἧς εὕρεται Τυρσηνοὶ, ὁμοία Φρυγίῳ αὐλῷ, τὸν κώδωνα κεκλασμένον ἔχυσα, λίαν ὀξυφωνος ,, ; Videlicet ,, Septima (tubae species) ,, Tyrrhenica, quam invenerunt Tyrrheni, similis tibiae Phrygiae habens ,, *latum* clangens, valde acuta ,, .

Ad pag. 56. post. lin. 8. Adnot.

Non secus ac caeteri Scriptores ibidem memorati vocem tintinnabulum

(1) *Animadvers. in Athen. l. 4. c. 25. Opp. Athen. Vol. 2. col. 318.* (2) *In Iliad.*

a *tinnio* quoque arcessit Mazochius (1) „ *Tinnio* (ait) est ab Arabico *tanan*, „ sive *tanna*, quod significat *tinnire*; „ ac ferme de pelvi, aliove aereo in„ strumento usurpatur. Indidem est „ *Tono*, quod sequitur. Sed et multo „ magis indidem sunt *tintinnabula*, „ quae per primae syllabae ἀναδίπλωσιν „ ὀνοματοποιητικὴν tinnitum mirifice expri„ munt. Nec dubium, quin tintinna„ bula res fuerit origine Orientalis, nec „ nisi per Tuscos inducta in Italiam „.

Pacichellius (2) etiam licet hoc Etymon latere fateatur, Martinium tamen refellit, illudque subiicit prodire „ potius ex aeris tinnitu, si tamen pri„ mum aenea, quod quoque incertum „ est „. Cuiusmodi hanc eadem vocem derivarunt quoque Sabellicus, (3) Beyerlinck (4), et Franciscus Ant. Zacca-

(1) *nI. Addition. ad Etymologicon linguae Lat. Vossii*, ac praesertim ad locum a nobis citatum, et exscriptum *pp.* 55. *et* 56 *To.* 2. *p.* 721. *col.* 1. *Ed.* Neap. an. 1763.

(2 *De tintinn. Nol. c.* 1. *p.* 12.

(3) In Paraphrasi Svetonii in Neron. ad verb. *tinniturum Col.* 1195. *Ed. an.* 1610.

(4) *In theatro vit. hum. To.* 7. *litt. T. p.* 144. *V. Tintinnabulum*.

ria (1). A verbo autem *tintinno* eam duxerunt Nonius, ac Forcellinus (2).

Ad pagg. 64. et 65. ad Adnot. 2.

De Herculis trajectione seu navigatione in Erythiam, et de poculo; quo invectus eam iniit, ipsis veterum Scriptorum allatis locis, fuse lateque disserit Athaeneus (3). Hoc *Heracleam pateram* à Pisandro appellatam fuisse tradit (4) „ qua ductus Hercules Oceanum „ trajecit. Herculi verò illam Oceanum „ commodasse „. Cuius porro figmenti hanc reddit rationem „ Poculis for- „ tasse (inquit (5)) quia heros am- „ plis gaudebat, per jocum scriptores, „ ac poetae, eum in poculò navigasse,

(1) *Loc. cit. in Adn.* 3.

(2) *In tot. Latin. Lexic. To.* 4. *Verb. tintinnabulum*.

(3) *Deipnos. l.* 11. *Opp. Vol.* 1. *pp.* 469. *et* 470.

(4) „ Ἡρακλεῖον (*ait ibidem p.* 469. *Athenaeus*) Πείσανδρος ἐν δευτέρῳ Ηρακλείας τὸ δέπας, ἐν ᾧ διέπλευσεν ὁ Ηρακλῆς τὸν Ὠκεανὸν, εἶναι μὲν φησὶν ἡλίου, λαβεῖν δ' αὐτὸν παρ' Ὠκεανοῦ Ἡρακλέα „.

(5) *Ibidem* „ Μὴ ποτε δ' ἐπεὶ μεγάλοις ἔχαιρε ποτηρίοις ὁ ἥρως, διὰ τὸ μέγεθος παίζοντες οἱ ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς πλεῖν αὐτὸν ἐν ποτηρίῳ ἐμυθολόγησαν „.

„ fabulati sunt „. Aliam vero plane diversam caussam comminiscitur Servius. „ Hercules (inquit (1)) Geryo„ nem vicit, qui ideo fingitur ad eum „ olla (sic vocat, quam alii phialam) „ aenea transvectus ; quod habuit na„ vim fortem, et aere munitam „. A mera tamen poetarum et pictorum imaginatione, inventione, atque fictione, quam ab ulla alia caussa omnem huius fabulae originem ducendam esse autumat Casaubonus. „ Puto verius (ait (2), exscripto Athenaei loco) „ ὅι ποιηται' „ και' ὅι γραφεῖς. Nam pictores, et poe„ tae talium figmentorum fabri extite„ runt, non ὅι συγγαφεῖς. Per Pictotes „ intellige omnes simulacrorum artifi„ ces „. Adiicit illa occasione Athenaeus (3), fuisse, qui dicerent, solem quoque ad occasum tendere poculo invectum; cuiusmodi Stesichorus, Antimachus, Heschylus (4), Mimnermus (5),

(1) *In l. 7. Aeneid.*

(2) *Animadv. in Athen. Deipn. l. 11. c. 5. Opp. Athen. Vol. 2. Col. 789.*

(3) *Ibidem.*

(4) *In* Ηλιάσιν scilicet *Heliacis*.

(5) In Ναννοῖς nempe Pumilionibus.

et Theoclytus (1) sunt, cuius loca idem exscribit Athenaeus (2). Quam porro alteram fabulam inde derivatam esse autumat Casaubonus, quia „ inepti ho-
„ mines, (inquit (3)) cum nunquam
„ totus appareat Solis globus, induxe-
„ runt in animum credere, id, quod
„ oculis cernimus, esse *τὸ κυρτὸν* (cur-
„ vum) cavi cuiusdam, quo solis cor-
„ pus contineretur. Atque illud cavum
„ appellarunt poculum, sive navigium.
„ Nam olim utriusque eadem ferme fuerunt et figura et nomen, ut *κύμβη*,
„ *κύμβιον*; *ἀκάτιος*; *σκαφίς*, et *κάνθαρος*.
„ Quid hoc fingi queat magis ridicu-
„ lum „?

Ad pag. 91. ante §. 21.

In festis ad Daphnem Asiae oppidum conventibus; sive in ludis Daphnicis in Apollinis et Dianae honorem celebrari solitis, et quos idcirco sacros

(1) *L. 2. Ὡρῶν* scilicet *Tempestatum*.
(2) *Ibid. pp.* 469. *et* 470.
(3) *Ibidem*.

fuisse merito infert, et ostendendum aggreditur Casaubonus (1), ipsa etiam crepitacula, quae licet configuratione sua plane a caeteris tintinnabulis diversa, tamen species quaedam tintinnabulorum dici possunt, pulsari consuevisse, auctoritate Protagoridis Cyziceni probat Athenaeus (2).

Ad pag. 94. ad lin. 6. in Adnot.

Quod si Dea Syria eadem est cum Junone Assyria plane distinguitur a Cybele, cum qua illam confudit, ac eamdem esse perperam tradidit Philippus Beroaldus (3).

(1) *Animadv. in Athen. Deipn. l. 5. c. 5. Opp. Ath. Vol. 2. col. 342.*

(2) *Deipn. l. 4. C. 23. opp. vol. 1. p. 176.* „ Πρωταγορίδης δ' ὁ Κυζικηνὸς (ait) ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν ἐπὶ Δάφνῃ πανηγύρεων φησίν. Παντὸς δ' ὀργάνου καὶ τάμιτον ἥπτει κροτάλων ὑπὸ Φανοῦ Πανδόρου, τῶτε ἤδει μονάυλῳ τὰς ἡδίστας ἁρμονίας ἀναμινυρίζει. Nimirum „ Protagorides Cyzicenus l. 2. de festis ad „ Daphnem conventibus: omnium vero instrumento- „ rum fides pulsat crepitaculaque Phanus ac Pandu- „ rum, et jam Monaulo suavissimos concentus sub- „ missa voce meditatur et cantillat.

(3) *In Adnot. in var. Auctor.*

Ad pag. 101.

Magius nulli quidem monumento innixus ab Isiacis Sacerdotibus perinde ac ab illis Deae Syriae, adhiberi consuevisse, tintinnabula, ut nos suo loco (1) innuimus, arbitratur. Quod porro si esset etiam Romae ab Isidis Sacerdotibus eadem de caussa tintinnabulorum pulsum in usu fuisse, coniiciendum foret. Quoniam Isis (2) „ Inachi filia versa in bovem, „ deinde in Deam colebatur Romae „ sacris ex Aegypto petitis,„ veluti observat Raderus (3), ubi plura ei fuisse templa probat Chompre (4). Crepitacula saltem in illius Deae apud Aegyptios cultu in usu fuisse primo fronte innuere voluisse videtur Apulejus (5). Quip-

(1) *C.* 2. §. 23. *p.* 101.

(2) De Iside consuli debent tum Lucianus in *Deor. dial.* 2. *Opp. To.* 1. *pp.* 207. *et* 208., Apulejus *Metam. l.* 11. *Opp. To.* 1., ac praeter caeteros veteres Scriptores Chompre *Diction. de le fable art. Isis. To.* 1. *Edit. an.* 1801., *Dizion. della favole art.* Io.

(3) *In plen. Comm. ad Mart. p.* 714.

(4) *Loc. cit. pp.* 560. *et* 561.

(5) *Loc. cit. p.* 998.

pe quì triumphum Isiacum recensens Isidem ipsam dextera manu „ aereum crepitaculum „ gerentem describit. Sed nonnisi sistrum illius crepitaculi nomine Apulejum revera intellexisse Beroaldus (1) non modo, Kircherus (2), et Salmasius (3), sed ipsa eius luculenter ostendunt verba. „ Nam dextera quidem ferebat (ait (4)) aereum „ crepitaculum, cuius per angustam laminam in modum balthei recurvatam „ trajectae mediae paucae virgulae crispante brachio tergeminos ictus reddebant argutum sonum „. In hoc siquidem consistit sistrum. Sic Martialis (5), ut idem animadvertit Salmasius (6) „ crepitacula, quibus avocantur infantes, appellat sistra „.

(1) *In Comm. ad loc. cit.* Apuleji *To.* 1. *pp.* 998. *et* 999.

(2) *In Oedipo Aegypt. Synt* 3. *c.* 4. *pp.* 187. 188. *et* 189., *et c.* 9. *pp.* 224. *et* 225.

(3) *In Not. in Flavium Vopiscum pp.* 492. *et* 493. *Not. in Hist. Aug. Script. Ed. an.* 1620.

(4) *Ibidem.*

(5) *L. XIV. Epigr.* 50.

(6) *Loc. cit. p.* 492. *Col.* 2.

Pag. 109. *Adnot.* 3. *Lin.* 5. *post verbum* pulso *haec subiicienda sunt* = Et praesertim, ut Aristophanis Scholiastes, et Suidas innuunt, a τυπεῖν, quia pulsetur, ac ab Hebraica voce תפים i. e *tympanum*, nempe inserto M.

Ad pag. 120.

Apud nos etiam „ in Bacchanali-„ bus Romae, (ut verbis utar Paci-„ chellii (1)) et prodeunte Senatu cum „ braviis, seu praemiis Cursorum, bi-„ ni tintinnabuli capitolini signum lae-„ tissimum „.

Ad pag. 138. *ante* §. 39.

Sonaculis etiam instrumenta, quibus in Bacchanalibus utebantur, ad strepitum pariter excitandum ornabant Bacchantes, cuiusmodi est annulus sex sonaculis in peripheria sua instructus, ac (2) tympanum, cui sex utraque ex

(1) *In lucubr. de tintinn. Nolano C.* 9. *p.* 262.

(2) Cymbalum appellatur a Rocchegiano loco mox citando; sed perperam. Quoniam non est instar scutulae interius excavatum, qualia vetera cymbala esse pp. 131. et *seqq.* ostendimus, sed potius planum, veluti erant tympana.

parte insunt sonacula, cuius (1) alterum ex Museo Senig Angli, (2) alterum ex Museo Porticensi haustum, imagine aere impressa, eruditi lectoris oculis subiicit Rocchegianus (3).

Ad pag. 139. *et* 140.

Vehementer fallitur Bonannus, qui (4) tympanum illud, quod è Museo Kircheriano haustum aere impressum nos suo loco (5) subjecimus, et (6) recensuimus, appellat (7) cymbalum. Estne siquidem hoc, perinde ac veterum cymbala esse nos superius (8) ostendimus, interius curvum, et excavatum, foris rotundum instar scutulae, vel dimidiati globuli potui comprehendendo aptum, et sufficiens, ac manubrio in

(1) *Tab.* 28. *Fig.* 1. (2) *Ibid. Fig.* 8.

(3) In Opere inscripto „ *Raccolta di* 200. *tavole &c.*, cuius injecta est mentio *p.* 314. *Adnot.* 2.

(4) *Gabinetto armon. tab.* 142. *p.* 173.

(5) *Fig.* 3.

(6) *Cit. c.* 2. §. 40. *pp.* 139. *et* 140.

(7) *Ibid.*

(8) *C.* 2. §. 37. *pp.* 131. *et seqq. Adn.* 6.

extima sua convexione instruitur, ut unum cum altero utraque manu apprehensum simul complodi posset, atque tinnitum reddere? Neutiquam. Quippe quod est interius fere planum, eique cavitatis potius indicium, ac delineatio et adumbratio, quam cavitas ipsa cibo quidem, neutiquam potui continendo idonea inest, non secus ac nostrae patinae seu paropsides sunt, nec ab illa earumdem, quarum licet aliae sint extrinsecus planae, aliae tamen sunt etiam paullulum convexae, dissimilis est externa eius convexio, quae aliquantula est, ac nonnisi ut parvulae intimae illi respondeat cavitati, atque adeo ab illa cymbalorum penitus diversa. Exterius plane deest manubrium, eiusque indicium, cuius loco est foramen. Tanta demum est laminae, cuiusmodi eam ipse quoque appellat Bonannus (1), sola mallei opera confectae, ex qua nostrum coalescit tympanum, subtilitas, ut cum altero simili complosum reddere minime posset tinnitum illum, qui ex

(1) *Ibidem*.

mutui cymbalorum, metallo propterea fuso, crasso, eodemque admodum compacto conflatorum complosione prodibat. Idem est proinde antiquorum tympanis plane simile. Licet vero septem ejus limbi extremitatibus inessent tintinnabula, unum tamen nunc deest temporis injuria deperditum, cujusmodi et in ipso eius schemate (1) repraesentandum esse duximus.

Ad pag. 149. ibique ad Adn. 2.

Perinde ac Sponius, ipse quoque Isaacus Vossius (2) perperam intellecto Juvenalis loco ductus autumavit „ Syrorum tympana è Graecia Romam tandem esse transvecta „. Quippe qui „ Syros tibicines ac tympanistas Romae fuisse „ inde hauriri autumat (3): Quem porro errorem quoniam late fuseque nos superius (4) refellimus, id-

(1) *Vid. Fig.* 3.
(2) *In Etymol. ling. Lat. art. Tympanum.*
(3) In eod. *Lex art. Ambubaja.*
(4) *C.* 2. *Adn.* 2. *p.* 149.

circo ea omnia, quae illa occasione diximus, sunt hoc in loco revocanda.

Ad pag. 157.

Veterum tympanum tum in Bacchi, tum in Cybelis honorem pulsari solitum tintinnabulis exornari consuevisse, ut sonus major ederetur „ Bonannus quoque autumat (1).

Ad pag. 187. *post* §. 63.

„ At in regno Siam non incelebri (veluti narrat Pacichellius (2)) „ superstitiosi Monachi seu Talapoini „ ad tintinnabulum oriente sole surgunt, precesque, quas sacras putant, fundunt, id narrante D. Equite „ de Chaumont Christianiss. regis in „ illa aula an. 1687. oratore „.

(1) *In Musaeo Kircher. sub Classe 5. pp.* 177. *et* 178.

(2) *De tintinn. Nol. C.* 2. *p.* 70.

Ad pag. 187. in fine.

Apud ipsos Peguanos pluribus abhinc annis sua esse majora tintinnabula, seu campanas, constat. Quandoquidem, ut legitur apud Majolium (1) „ tra„ dunt, qui orbem perlustrarunt, com„ pertum fuisse in Orientalis Indiae „ regno Pegu aeneam campanam ambi„ tu patentem ad palmos supra quadra„ ginta quinque diametro septemdecim. „ Id tradit Ferdinandus Mendez Jesui„ ta anno Domini millesimo quingen„ tesimo quinquagesimo quarto „.

Apud Sinenses permagnas in usu esse campanas probat recens Gallicus Scriptor (2).

Ad pag. 205 ad calcem Adnot. 2. paginae 204.

„ Alii invenisse dicunt (ut narrat

(1) *Dierum canicularium T.* 1. *pp.* 252. *et* 253. *art. Metalla col.* 19.

(2) Auctor Opusculi, cui titulus *Recueil curieux et edifiant sur les cloches de l'Eglise C.* 1. *pp.* 4. *et seqq.*

„ Plinius (1)) . . . aeneam tubam „ Pisaeum Tyrrhenum „ Tyrrhenis autem generatim sumptis tubae inventum referunt acceptum Clemens Alexandrinus, et Athenaeus. Primus enim apud Eusebium (2) ita loquitur (3) „ Tyrrheni tubam in„ venere „ . Similia item apud alterum nempe Athenaeum (4) leguntur „ Tu„ bas et cornua (inquit (5)) Tyrrheni „ repererunt „ .

Ad pagg. 205. 206. *et* 207.

Quanquam tibias Romae praesertim in defunctorum cuiuslibet vel aetatis vel conditionis funeribus adhiberi consuevisse, demonstratum à nobis superius fuerit, idque ostendendum etiam susceperint tum Joannes Nicolai (6), tum Bonannus (7), quoniam tamen

(1) *Hist. nat. l.* 7. *c.* 56. *To.* 2. *p.* 100.

(2) *Praepar. Evang. l.* 10. *c.* 6. *p* 475.

(3) „ Τυῤῥηναῖοι δὲ σάλπιγγα ἐπενόησαν „ .

(4) *Deipnos. l.* 5. *c.* 25 *Opp. Vol.* 1. *p.* 184.

(5) „ Τυῤῥηνῶν δ' ἐστὶν εὕρημα κέρατα τε, καὶ σάλπιγγες „.

(6) *In tract. de luctu Graecorum c.* 9. §-2

(7) *Qabin. Armon. c.* 9.

idipsum, tum allatis argumentis, tum eorum, qui aliter senserunt, oppositionibus dissolutis; late fuseque persequitur Hieronymus Magius (1), integrum idcirco eius locum hic excribere duxi.
„ Quaeret hic fortasse aliquis, (ait)
„ cur Galenus, Aristotelesque Siticinum mentionem facientes, tibias duntaxat, non tubas nominaverint? Ac cur etiam Cicero in Miloniana oratione loquens de funere Clodii, tibiarum, non tubae meminerit, ubi inquit - sine cantu, sine tibiis &c. - Et Alex. Aphrod. *Probl.* 76. *l.* 1., lugentibus tibiae cur adhiberentur, cum quaerat, nullam tubae mentionem faciat? Quantum spectat ad Aristotelem, Galenum, et Aphrodiseum, respondeo, eos tibiarum solum meminisse videri, quod hae essent frequentiores, cum minoribus funeribus popularium, aut si libet etiam nobiliorum hominum, puerorumque adhiberentur; tubae contra rarius conspicerentur, quod in majoribus fune-

(1) *Miscellan. l.* 1. *C.* 3. *pp.* 46. 47. *et* 48.

„ ribus nobiliorum usurparentur. (Græcos etiam illos Scriptores, ego subiciam, Graecorum potius, quam Romanorum, de quibus hoc in loco res est, usum spectare voluisse, animadvertere praestat). „ Singulis haec auctoritatibus probasse sit satis. Ovi-
„ dius *Tristium l.* 5. *El.* 1.

„ Interea nostri quid agant nisi triste libelli,
„ Tibia funeribus convenit ista meis,

„ Suam enim extenuans fortunam
„ Ovidius, tibiam sibi, non tubam
„ convenire dixit. Nam, ut inquit Pro-
„ pertius

„ Tibia funesta tristior illa tuba.

„ Et ipsemet l. 3. Fastorum

„ Cantabat moestis tibia funeribus.

„ Matthaeus *Evang.* c. 9. cum, inquit, ve-
„ nisset Jesus in aedes primatis, vidis-
„ setque tibicines, et turbam tumultuan-

„ tem , dicit illis , Secedite , non enim
„ mortua est adolescentula . Vides , li-
„ cet puella primatis esset filia , tamen
„ tibicines , non tubicines funeri fuis-
„ se adhibitos , nimirum , quantum
„ conjectura assequi licet , ratione ae-
„ tatis defunctae . Persius *Sat.* 3. funus
„ describens patricii viri , tubicinem
„ non tibicinem facit adesse . Inquit
„ enim

„ Hinc tuba , candelae , tandem bea-
tulus alto
„ Compositus lecto , crassisque luta-
tus amomis
„ In portam rigidos calces exten-
dit.

„ Quod pertinet ad Ciceronis locum ,
„ facere ille videri potest , tibiarum ,
„ non tubae mentionem ; ut Deorum
„ ira Clodio etiam mortuo illatam in-
„ felicitatem augeat : quasi dicat , nec ti-
„ biae quidem , quae minoribus , po-
„ pulariumque hominum funeribus a-
„ dhibentur , adfuerint . Verum quan-
„ quam , quae dicta sunt , vera esse in

„ faciem, ac subsistere videntur, est
„ nihilominus animadvertendum, non
„ solum majorum natu, populariumque
„ que funeribus tibias esse adhibitas, sed
„ etiam nobiliorum. Cicero enim *l*. 2.
„ *de leg*. sic inquit. - Honoratorum vi-
„ rorum laudes in concione memoranto,
„ easque etiam ad cantus, ad tibicinem
„ prosequuntor, cui nomen Naeniae:
„ quo vocabulo etiam Graeci cantus lu-
„ gubres nominant. - Haec ille. Testan-
„ tur quoque Festus *l*. 12., et Nonius
„ ubi *de Praeficis et Naenia*. (hic
quidem verbis Varronis *ex l*. 4. *de vita*
Pop. Rom.) „ naenias in funere ad ti-
„ biam cani consuevisse. Communes
„ autem funeribus omnibus naenias fuis-
„ se, est existimandum. Unde in Milonia-
„ na oratione, quem cantum, et quas
„ tibias Cicero significare voluerit, jam
„ manifeste intelligis. Putaverim ita-
„ que, tibicines funeribus quibuscum-
„ que adhibitos olim fuisse, eamque ob
„ rem frequentem funebrium tibiarum,
„ inveniri mentionem, tubae non item.
„ Ex quibus patet, Franciscum Alige-
„ rum Florentinum, Gregorium Giral-

„ dum Ferrariensem, multosque alios „ errare, (horum opinionem refert eruditissimus Manutius in *Lib. de legibus Romanis*, nec improbat) „ qui aiunt, „ tubicines adhiberi consnevisse fune- „ ribus hominum aetatis provectioris, „ puerorum vero tibicines; et eorum, „ quae relata sunt, nullam habent ra- „ tionem. Verum quid de Attejo Capi- „ tone dicemus, qui de Siticinibus scri- „ bens, tubae duntaxat facit mentio- „ nem? Putaverim id eum fecisse, non „ quod frequentiores tubis tibias esse, „ siticinesque ipsis uti ignoraret, sed „ quo diversitatem tubae adnotaret, et „ si cum diversae etiam horum a reli- „ quis tibiae essent, earum etiam memi- „ nisse debuit „. „ Siticines (autem in ejusdem Capitonis *Conjectaneis* se invenisse fassus idem paullo supra (1) dixerat Magius) „ appellatos, qui apud „ sitos canere soliti essent, hoc est vi- „ ta functos, et sepultos. Eosque ha- „ buisse proprium genus tubae, qua „ canerent, a caeterorum tubicinum

(1) *Ibid. p.* 44.

„ proprietate differens, quos Sicinistas „ vulgus dicit &c. „ . De qua porro tubarum specie idem fuse disserit Magius (1).

Lugubres vero tibias fuisse aduncas, ac easdem ex ebore confici antiquitus consuevisse is (2) animadvertit. Primum enim probatur ex Statio (3) ita canente

„ Cum signum luctus cornu grave
mugit adunco „

„ Tibia „

Alterum vero ex Propertio (4) sic aiente

„ Tibia Mygdoniis luget eburna sonis „

Omne tandem tibiarum, ac tubarum usus in funeribus discrimen tum Kirchmannus (5), tum Bonannus (6), veluti nos etiam suo (7) pandidimus loco, in eo situm esse observant, quod tubae

(1) *Ibid. pp.* 44. *et* 45.
(2) *Ibid. p.* 46. (3) *Theb. l.* 6.
(4) *In Eleg.* (5) *De fun Roman. l.* 2. *c.* 5.
(6) *Loc. cit. p.* 32. (7) *Pp.* 207. *et* 208.

ipsam funebrem comitarentur pompam, tibiae tum adhiberentur, cum canerentur naeniae.

Veteres Hebraeos in praestantioribus funeribus usos fuisse tibiarum sonitu ex allato (1) Matthaei loco (2) probsre nituntur Martinus Gejerus (3), et Mendoza (4) Consuli quoque debet uterque Bartholinus, tum senior (5) scilicet, tum junior (6).

Ad pag. 206. *ad Adnot.* 4.

Quoniam primae tibiarum, ac praesertim lugubrium originis injecta est in memorata *Adnotatione* mentio, eamdem paullo diligentius hoc in loco inquirere, ac fusiori stylo persequi duximus. Has igitur, Athenaeo (7) perhibente ,, Jubas

(1) *Pagg.* 519. *et* 520. (2) C.9. VV. 23. et 24.
(3) *De Hebr. luctu p.* 67.
(4) *In Viridar.* 8. 2. *lib. Saturnal. dec.* 8. *n.* 16.
(5) *In variis de Unicornu Observation.*
(6) *De Antiquorum tibiis.*
(7) *Deipnos. l.* 4. *c.* 26. *Opp. Vol.*1. *pp.* 176. *et* 177. Ἰόβας (ait) δὲ τούτους (nempe αὐλοὺς tibias) Φρυγῶν εἶναι εὕρημα.

„ tradit a Phrygibus repertas fuisse „ ab eorum scilicet rege, veluti prodidit Telestes (1), cuius locum idem affert Athenaeus (2). Invenit siquidem, quemadmodum narrat Plinius (3) „ obliquam tibiam (quam tamen, sicuti notat Harduinus (4) „ Osiridis inventum esse Aegyptii volunt „) Midas (5) „ in Phrygia, geminas tibias Marsias in „ eadem gente . . . . Cum tibiis „ canere voce Troezenius Ardalus (non quidem Dardanus ut vitio librariorum in Mss. etiam Codicibus legi animadvertit Harduinus (6)) „ instituit „. Quanquam enim Sirites caeteris tibiarum inventoribus adnumerari soleat „ hic (ta-

(1) *In Asclepio*.

(2) *Deipn. l.* 14. *c.* 2. *Opp. vol.* 1. *p.* 617.

(3) *Hist. Nat. l.* 7. *c.* 56. *Opp. To.* 2. *pp.* 102. *et* 103. *Ed. Paris. an.* 1685.

(4) *In Not.* 101. *ad verba illa Plinii cit. p.* 102.

(5) Tibias obliquas fuisse a Mida repertas tradiderunt quoque Apollodorus *de Diis* l. 1., Tzetzes *Chiliad.* 1. *V.* 353., Plutarchus de *Musica*, Clemens Alex. l. 1. *Stromat.*

(6) *In Not. et Emend. ad loc. cit. Plin. Num.* 169. *cit. To.* 2. *p.* 136.

men, veluti observat Casaubonus (1), „ non tibias reperit, sed viam excogitavit inflandi arte tibias „ : perinde ac Olympus minime tibias invenit, ut idem comminiscitur Casaubonus (2), sed aut primus creditus fuit, perhibente Athenaeo (3), tibicinum artis inventor, aut primus, veluti scripsit Aristoxenus (4), funebre tibia carmen in funere Pythonis Lydio ritu cecinit. Quamobrem primum lugubris tibiae inventum Phrygibus acceptum refert Pollux (5), qua Cares, ac inde aliae quoque gentes usae sunt. Parvulas tamen quoque tibias γίγγρας dictas, à Phoenicibus inventas, easque lugubres fuisse idem ostendit Pollux (6).

Ad pagg. 215. et seqq.

De usu aeris, ac adeo et tintin-

(1) *Animadv. in Athen. Deipn. l. 14. c. 2. Opp. Athen. Vol. 2. p. 890.*

(2) *Ibidem.*

(3) *Deipn. l. 14. et 21. Opp. Vol. 1. p. 618.*

(4) *Musicae l. 1.*

(5) *In Onomast. l. 4.* (6) *Cit. libro.*

nabulorum apud veteres Ethnicos in defectionibus Lunae egit quoque Jo. Lomejerus (1).

Ad pag. 305. *in Adnot. lin.* 8.

Caeteris Suidae locis hic etiam alius adiici debet, ubi (2) haec habet „ Κωδωνοφορεῖται ἀντὶ τοῦ δοκιμάζεται ἡ τῶν φυλάκων φρουρά „. Nimirum „ Κωδωνοφορεῖται. Dicitur de custodibus, et excubitoribus, „ qui tintinnabulis explorantur „.

Ad pag. 318. *ad calcem*
§. 10.

Sinenses vigilias noctis magnis quibusdam campanis indicare narrat recens anonymus Gallicus Scriptor (3).

(1) *In Syntagmate de vet. gent. lustration. c.* 25. *pp.* 308. *et seqq. Ed. an.* 1700,

(2) *In Lexic. To.* 1. *Verbo* Κωδωνοφορεῖται.

(3) In cit. Opusc. *Recueil curieux et edifiant sur les Cloches de l' Eglise c.* 1. §. 6. „ Les Chinois (inquit) „ ont dans toutes leurs villes de fort grandes cloches „ destinées a marquer les veilles de la nuit „.

Ad pag. 330. *ante* §. 20.

Pacichellius (1) Ferdinandi Mendez auctoritati suffultus narrat, *apud Indianos*, scilicet recentes Indos, ac in Regno Pegu esse tintinnabulum aereum ad palmos ultra quadraginta quinque patens, diametro septemdecim; ac idem (2) ex testimonio atque relatione P. Gabrielis Magujllans (3) adiicit „ in amplissimi
„ Sinarum Imperii Metropoli Pe-kim,
„ regiisque aedibus tintinnabulum sa-
„ ne admirabile, prae Erfordiensi, et
„ quocumque universi orbis; Monar-
„ cha eius ditionis *Chim ca* mandan-
„ te, anno 1404. fusum, cum quinque
„ aliis ex septem hodiernis, quorum cu-
„ iusvis centum ac viginti millium pon-
„ dus: unum vero Sinensibus chara-

(1) *De tintin. Nol. C.* 3. *p.* 97.

(2) *Ibidem*. *pp.* 97. *et* 98.

(3) Haec eadem relatio, ut idem habet Pacichellius *ibid.* „ Lusitano idiomate anno 1668. prodiit, postmo- „ dum Gallico 1688. in 4. evincens profecto P. Kirche- „ ri fidem ex lubrico aliorum testimonio in sua *Cina* „ *illustrata* „,

„ cteribus tanquam pluma nitide exa-
„ ratum „.

Alia plura esse apud eos recentiori aetate invecta tintinnabula probat P. Franciscus Rougemonius (1), qui eadem recenset.

„ Ponderosius tamen, (quemadmodum idem refert Pacichellius(2)),„ad ter-
„ centa ac viginti millia, ut nunquam
„ in Turri potuerit efferri Imperii ac
„ Regiae Moscorum (3), cuius percele-
„ bris Turris *Juan - Velichi* nomen,
„ ad eiusque ima tintinnabulum trabi-
„ bus sustentatur. Sic Latine Jacobus
„ Rutenfeldius scribit „.

„ Imo, (veluti subiicit (4)) et ad
„ duodecies centena millia ponderosum
„ in eadem eius Imperii urbe Pekin
„ scribit in Epistol. P. Jo. Grueber Vi-
„ ennensis ac Societatis, anno 1661.
„ eximium ex quamplurimis tintinna-

(1) In sua *Tartaro-Sinica*.

(2) *Ibid. pp.* 98. et 99.

(3) Amplissimas illius Metropolis campanarias officinas memorant, et recensent tum Possevinus in sua *Legatione*, tum comes *Zanius* in *Itinere* anno 1691. Parmae vulgato.

(4) *Ibid. pp.* 99.

„ bulis, Tartarorum rege nomine Van-
„ lo ditione amplissima, primo post
„ Christi ortum saeculo posito, con-
„ flarique cum aliis minoribus glorio-
„ se mandante. Ni tamen in Chrono-
„ graphia, ut suspicamur, sit lapsus„.
„ Politicum vero (ut pergit (1)) et
„ cunctis forsan praestans, priorum ca-
„ pitum minutione, non omittendum
„ illud regis Ramirii ad universum
„ Aragoniae regnum, ac orbem audi-
„ tum (2). Apud Trajanum Boccalini
„ symbolum (3), cuius pulsu Mutius
„ Justinopolitanus ad arma processisse
„ Monarchas, Poliarchasque affir-
„ mat „.

Ad pag. 336. *in Adnot. lin.* 24.
post verbum cognoverant.

Eo plane spectat, utpote recensitum ibi janitorum et janitricum u-

(1) *Ibid. pp.* 99. *et* 100.

(2) Consulantur L. Marinaeus *l.* 8. *ad fin.*, ac P. Theophil. Rainaud. *Opp. To.* 8. *sive Hagiol. Lugdunen. fol.* 404.

(3) *Ditt.* 14. *fol.* 104.

sum , ac munus mirifice confirmans , festivum „ illud Nasicae , qui (veluti narrat Tullius de *Orat. l.* 2. *c.* 68. *Opp. vol.* 2. *p.* 161.) „ cum ad Poe-
„ tam Ennium venisset , eique ab ostio
„ quaerenti Ennium ancilla dixisset domi
„ non esse ; Nasica sensit , illam domi-
„ ni jussu dixisse, et illum intus esse; pau-
„ cis post diebus cum ad Nasicam venisset
„ Ennius , et cum à janua quaereret , ex-
„ clamat Nasica , se domi non esse : tum
„ Ennius . *Quid ? ego non cognosco*
„ *vocem* , inquit , *tuam* ? Hic Nasica ,
„ *Homo es impudens : ego cum te*
„ *quaererem , ancillae tuae credidi ,*
„ *te domi non esse , tu mihi non cre-*
„ *dis ipsi* „ ?

Cellam , in qua janitores manebant, nec non canem ostiarium memorat Svetonius (1) inquiens „ confugitque in
„ cellulam janitoris , religato pro fo-
„ ribus cane „ . In quae ita subiicit Be-

(1) *De XII. Caesar. in A. Vitellio l.* 7. *c.* 16.

roaldus (1) „ cella janitoris prope o-
„ stium aedis fieri solet, ubi janitor re-
„ ligatus excubat „.

Ad pag. 342. *in Adnot. lin.* 4.
post verbum tradunt.

Huiusmodi quoque sentiunt ac probant tum Nonius (2), tum Beroaldus (3), tum Brodaeus (4), tum Pulmannus (5), tum Potina (6), tum Pacichellius (7).

Ad pag. 344, *lin.* 17. *post verbum* reiicerentur.

Veteribus tum scriptoribus silentibus, tum monumentis deficientibus, satis definiri nequit methodus olim servari solita in aperiendis illis caeterarum

(1) *In Comment. ad loc. cit. Suet. Col.* 838. Ed. anni 1610.
(2) In *vopisco*.
(3) *In Comment. in Suet. in Aug. ad verbum Tonantem p.* 325., *et loc. cit.*
(4) *Miscell. l.* 3. *C.* 3.
(5) *In Annot. in Suet. de ill. Gramm. et Reth.*
(6) *De Opere Servor. p.* 133.
(7) *De tintinn. Nol. C.* 4. *pp.* 149 *et* 150.

domorum foribus, quae interius aperiebantur, perinde ac ratio iisdem appendendi tintinnabula. Utramque porro aliter se non habuisse dici quodammodo potest, ac in foribus templorum fuisse conjectura conatur assequi Eugenius de Levis (1). „ Incognita (inquit (2))
„ ci rimane tuttora la forma di quelli
„ (i. e. *campanelli*) , che alle porte
„ degli antichi Tempj si attaccavano ;
„ . . . . . ; che se non si vuol di-
„ re, che i primi fossero a similitu-
„ dine di globo con buchi, come prat-
„ ticasi oggidì in molte Città, che l'a-
„ trio de' palazzi è diviso da uno stecca-
„ to d'assi, nel mezzo del quale v'ha
„ una portella per fare, ch'essa da se
„ si chiuda, e facilmente s'apra da
„ chicchessia, ed affinchè si sappia,
„ quando entra, ò esce qualchedun di
„ casa, gli viene attaccato un peso alla
„ sua sommità, il quale pende da lun-
„ ga fune, che passa sopra una piccio-
„ la ruota, a cui vanno uniti due ò

(1) In opera inscripto *Raccolta di diverse antiche iscrizioni &c. pp.* 35. *et* 36. (2) *Ibid.*

„ tre campanelli, i quali mossi col ri„ volgimento della stessa ruota prodot„ to dall' impeto della portella, pro„ ducono il suono „.

Ad pag. 353.

Ipsi etiam puerorum dorso tintinnabula potuisse olim alligari nulli quidem veteri seu scriptori, seu monumento suffultus sed unius analogiae argumento ductus coniicit Bonannus. Quanquam enim fere omnibus usibus hactenus a nobis recensitis inservire potuisse asserat (1) tintinnabula illa, quae magnitudine diver-

(1) *In Museo Kircher. sub classe* 5. *p.* 178., ubi quoniam, duce praesertim Rocca in *comm. de Campan. c.* 3., animadvertit, cuiusmodi et nos quoque *cc.* 5. *et* 6. *et Append. c.* 2. pandidimus, ac ostendimus, quod „ tam ii, qui ad „ thermas, quam qui ad pisces emendos invitaban„ tur, cum longe distarent, vel in suis domibus, „ vel per vias urbis, vel apud praeceptores, ut in„ nuit Cicero in Quaest. Tuscul. dicens; simul atque „ increpuit thermarum campana, Romani, relictis „ philosophis et praeceptoribus, unctum ire solebant; „ procul dubio non sonitu tintinnabuli, sed majo„ ris campanae tale signum edendum erat, ut audi„ rent. Quamobrem (concludit) notum fit tintinnabu„ la à nobis delineata alium usum habuisse „.

sa, et forma dissimilia è Museo Kircheriano hausta et aere insculpta idem (1) affert, ita demum subjecit (2) „ Nisi „ malimus credere dorso puerorum alligari, ut etiam nostro aevo vidimus, „ argentea tintinnabula ab iis passim gestari, ut eorum sonitu cum blanditiis „ nutricum conjuncto exhilarari facile „ possent, et vagitus opprimere „.

Ac „ ut praeter Cavazzium (3) narrat Pacichellius (4) „ Sinenses, aliiqui nonnulli extra Europae confinia ad collum pendunt (tintinnabula) pro *Amuletis* à Pseudo Sacerdotibus acceptis, tanquam adversus bellicos ictus, ac laetalia vulnera praeservantibus antidotis. Quorum imaginem ex ipso authographo haustam (5) affert. Itemque, veluti (6) subiicit „ FF. Michael, Angelus Rhegiensis, ac Dionysius Placen-

(1) *Ibidem Tab.* 58. (2) *Ibidem pag.* 179. *Col.* 1.

(3) In Hist. *De trè regni Congo, Matamba, et Angolu. Bologna* 1687. *p.* 217.

(4) *In lucubr. de tintinn. Nol. C.* 2. *p.* 69.

(5) *C.* 1. *p.* 1. *n.* 3.

(6) *Cit. C.* 2. *pp.* 69. *et* 70.

,, tinus ad Congum Missionarii (1) re-
,, ferunt, Patricios viros, eorumque
,, filios bina manibus gestare ferrea mi-
,, nora tintinnabula velut brutali collo
,, pendentia, quae vicissim ad sese exhi-
,, lavandos parvo baculo percutiunt ,,.

Ad pag. 377. *ibique ad calcem* §. 2.

,, Strabo auctor est (inquit Stock-
,, flethus (2) pecudibus fuisse adalli-
,, gata tintinnabula, ut tinnitu noxiae
,, ferae ab ipsis abigerentur. Sic com-
,, pertum habemus, lupum v. g. animal,
,, alias adeo ferox et insidiosum, au-
,, dax, et dolosum, ut magno impe-
,, tu feras, adde et hominem invadat,
,, voracissimum, et prope insatiabile;
,, ut describitur a Melch. De la Cerda
,, *Camp. Eloq. in descript. animal. p.*
,, *mihi* 282., a sono et aeris tinnitu
,, maxime abhorrere, neque prius aut

(1) In ipsorum *itinere. Venetiis* 1679. *p.* 117.

(2) *De Campan. usu C.* 28, *pp.* 129. *et* 130. §§. 1. *et* 2.

„ facilius retrudi, et fugari posse, „ quam cultro ensem collidente, vel „ alio quoque clangore. Inde hodieque „ pastores antiquorum vestigiis inhae- „ rentes ovium, caprarum, suum, bo- „ um, equorumque collis tintinnabula, „ et campanulas adaptare solent, vel „ ad terrendas feras; quanquam ea „ pecora, quae tintinnabula gestant, non „ minus quam ea pecora, quae iis desti- „ tuuntur, à feris invadi, et dilacera- „ ri non semel observatum fuisse sci- „ mus „. Eadem porro ex Stockfletho, veluti fatetur, hausta de lupis habet Pacichellius (1) ita subiiciens „ Am- „ plius ab aeris tinnitu luporum fero- „ ciam abhorrere testatur *La Cerda* „ *Camp. Eloq. f.* 282. (qui tamen so- lam recenset luporum ferociam, nihil aliud praeterea) *et Henr. Stockflet.* c. 28.

Ad pag. 379.

Caeteris legibus memoratis adiici

(1) *De tintinn. Nol. C.* 3. *p.* 113.

debent Lex Wisigothorum (1), et lex Bajw. (2). *Aries Squillatus*, idest tintinnabulatus, memoratur apud Michaelem del Molino (3); et Fori Oscae ann. 1247. sic habetur. „ Quicumque „ furatus fuerit esquilatum arietem du„ centem oves, post probationem le„ gitimam debet ponere manum intus „ esquillam arietis supradicti &c. „.

Ad pag. 379. ad Adnot. 6. in fine:

Eadem habet Bignonius (4), qui adiicit Aquitanos voce *Skella* suo tempore adhuc uti, Tolosates voce *Esquil*, Graecos autem voce Κώδων „ cuius etiam fu„ rem in legibus Georgicis Justinianus „ coercet. „

Ad pag. 435. post §, 38.

„ Pisces (ait Pacichellius (5)) eo-

(1) *Lib. 7. tit. 2. l. 11.* (2) *Tit. 8. §. 11.*
(3) *In Repertorio.*
(4) *In Not. ad L. Salic. ad tit. 29. n. 3.*
(5) *De tintinn. Nol. C. 4. pp. 147. et 148.*

„ dem (nempe tintinnabulorum) sonitu
„ convocari *Florich. in Cynosur. Peregrin. p.* 1. *p.* 404. In Apiutinis nocturnis anserum venationibus unius
„ sonitus omnes invitare docet experientia. De columbis ad pulsum campanulae in Marchia Anconitana remeantibus pluries andivimus : Oves
„ autem centenas è cavernis mane eductas . Vespere vero per testaceum
„ tintinnabulum, puero tintinnante, reductas in Ducatu Slesiae nosmet jucundissime perspeximus. Quo forsan
„ varioque alio non illepido brutali testimonio (concludit (1)) moraliter discimus, nec superbire, nec scientia inflari
„ homini fas esse. Hinc Romana in Academia Laurea doctorali noviter insignitis cum bovinis seu bubalinis campanulis (iisdemque ferreis perinde ac eae sunt, quae Bacchanalium tempore a vulgo Romae praesertim adhibentur) vel
„ plausus, vel strepitus fit per Urbem „.
Quam porro consuetudinem luculenter

(1) *Ibid. p.* 148.

recenset Bonannus (1) qui eamdem Saeculo XVII. viguisse, ac demum edictali eiusdem Academiae lege, inflictis etiam violatori poenis, severe vetitam fuisse adiicit.

Ad pag. 435. *ad Adnot.* 3.

Consuli qnoque debet Dalecampius in *Adnot.* ad *loc. cit.* Plinii *p.*258. *et seqq.*

Ad pag. 443. *post* §. 2.

Aethiopibus, et praesertim Barrae; atque Agro incolis, itemque Abyssinis campanae sunt, ut narrant Alvarez (2), ac Ortellus (3), nec non Macri (4), et Hoffmannus (5), saxeae, vel lapideae, sive lapidibus excavatis peractae.

Ad pag. 444. *post* §. 4.

In Angote Aethiopiae regione duas

(1) *Gabinetto armonico p.* 144. *C.* 107.
(2) *Viaggio dell' Etiopia cc.* 29. *et* 44.
(3) *Theatr. Orb. terr. in Abyssinia p.* 107.
(4) In *Hierolox.*
(5) *Lexici univers. To.* 3. *Addit. fol.* 335.

ferreas, nullas alias praeterea, campanas se vidisse perhibet Ramusius (1).

„ Ferrea (tintinnabula) mittimus „ non pauca (idem inquit Pacichellius (2)) ex *Zeiller. ep.* 23., *Marinaeo Siculo Rer. Hispan.* 8., et *Majoli Colloq.* 23. superiori cap. laudato: ex quo et aere plurima lectitasse P. Kircher. ubi supra (scilicet in *Musurgia*) *fol.* 520. affirmat. „ Et de ligneis variae „ formae apud multos populos adhibi„ tis, non certe Zylorganicis „. „ Repe„ riuntur et plerisque locis, (legitur „ apud Beyerlinchk (3)) campanae ar„ genteae, sed cum subtiliorem edant „ sonitum, non sunt in frequenti usu, „ praeterquam in sacellis minoribus aut „ privatis aedibus. Etiam figlinas cam„ panas igne decoctas alibi invenias, „ quarum pistillum ligneum. Usus il„ larum servit iis, qui tintinnabulis „ velut organo concentum musicum, „ qua in re Belgae excellunt, excitare

(1) In cit. Op. c. 52.

(2) *De tintinn. Nol. C.* 3. *p.* 84.

(3) *In Vitae humanae Theatro vol.* 2. *p.* 58. *sub art. Campana*.

„ addiscunt , ne pulsu magis sonoro , „ et incondito aures obtundant, suamque „ inscitiam evulgent „ .

Ad pagg. 444. *et seqq.*

A nostro quidem instituto , atque scopo plane alienum est de recentiorum nostrarum campanarum materia disserere. De hac tamen , perinde ac de earundem configuratione, partibus, et proportionibus fuse lateque prae aliis egerunt Kircherus (1) , et recens Anonymus Gallicus Scriptor (2) , qui postremus praesertim campanas tum configuratione, tum magnitudine , tum sono suo celebriores recenset (3) .

Ad pagg. 447. *et* 487. §. 14.

Robertus Sala (4) Magium repre-

(1) *In* Musurg. *univ. l.* 6. *P.* 4. *C.* 2. *To.* 1. *pp.* 520. *et seqq.*

(2) In Opusc. *Recueil curieux et edifiant sur les Cloches de l'eglise C.* 1. *pp.* 1. *et seqq.*

(3) *Loc. cit. pp.* 4. *et seqq.*

(4) *In Not. et observ. ad Bona rer. liturgic. l.* 1. *c.* 22. §. 5. *To.* 1. *P.* 2. *pag.* 134. *Not.* 1.

hendendum, et emendandum aggreditur, quod „ (1) Cap. 1. putat (veluti ait (2))
„ petasum, id est ad formam galeri, et
„ nolam, ac codonem, atque campa-
„ nam unum et idem esse: at haec lon-
„ ge diversa fore inter se (quemadmo-
„ dum subiicit (3)) quisque conspicit;
„ petasus quippe galerus quidem est,
„ sed pileus latior viatorius adversus
„ solem, et pluviam; huic autem cam-
„ pana similis recte dicitur, sed peta-
„ sus non est, atque ita improprie nun-
„ cupatur. De Nola nil dubito utpote
„ campanae synonima, codones vero
„ ex Casaubono in Athenaeum Deipno-
„ soph. l. 1. sunt orificia tubarum,
„ quibus exit spiritus vel crepitacula
„ ex equorum phaleris pendentia, et
„ sonantia in modum sphaerulae, ac
„ globuli compacta, quae tintinnabula
„ potius, quam campanae vocitari me-
„ rentur „. Codonum porro nomine ab antiquis Scriptoribus tintinnabula indicari saepe consuevisse suo nos osten-

(1) *In l. de tintinnab.* (2) *Ibid.*
(3) *Ibid.*

dimus (1) loco; ac Athenaeum in rariori duntaxat significatione hoc vocabulum accepisse nos item (2) pandidimus.

Ad pag. 455. *post* §. 13.

Licet in modum coni productum, et eiusdem a capite usque latitudinis non sit, quae inde ad basim usque crescit, quadratam quoque omni ex parte imitatur figuram tintinnabulum, quod aere insculptum, quinto inter caetera loco affert Bonannus (3); et quantumvis oblonga ubique rotunditatem servant tum tintinnabulum illud Dianae cultui addictum, de quo superius (4) verba fecimus, tum illud parvulum tintinnabulum, cuius imago postremo aliorum (5) conspicitur loco. Atque tum illud primo, tum hoc postremo loco recensitum tintinnabulum illa duo forsitan sunt tintinnabula

(1) *C.* 2. §. 4. *pp.* 53-57.

(2) *In Paralipomen. ad pag.* 53. *pp.* 502, *et* 503.

(3) *In Musaeo Kircher. sub Classe* 5. *Tab.* 58.

(4) *Huius nostri Operis C.* 2. §§. 50. *et* 51, *pp.* 165. *et seqq.*

(5) *Cit. Tab.* 58.

„ quorum duas icones forma diversas „ sub num. 8. et 9. se retulisse idem ait Bonannus (1). Octo alia mutuo dissimilia, nullo tamen peculiari eorumdem indicato usu, ex eodem Musaeo hausta aere pariter insculpta idem alibi (2) subiicit tintinnabula Bonannus, quorum unum est instar nostrarum campanarum, alterum instar dimidiati globuli, cuiusmodi sunt etiam quintum et postremum, sed majoris magnitudinis, et aliquantulum magis oblonga; tertium, et quartum oblonga, et instar coni producta, sed tertium in quadratam, quartum in rotundam desinens figuram, sextum ovalis fere formae, sed acutis in eius marginis extremitate cuspidibus, iisdemque rotunda cavitate mutuo distinctis ornatum, septimum instar quadrilungi configuratum.

(1) *Loc. cit. p. 179. col. 1.*
(2) *Gabinetto armon. Tab. 138.*

Ad pagg. 494. *et* 495. *ad.* §. 24.

Venenosissimum illud Indorum insectum, cuius nos allato in loco, Pachichellio duce, mentionem iniecimus, serpentem esse idem censere videtur Pacichellius. Quippe qui in Indice (1) sic ipsum indicat „ Serpens cum campa- „ nula ".

(1) Pag. 313.

CAPITUM RECENSIO

CAPUT I.

CAPUT II.

CAPUT III.

INDEX

RERUM PRAECIPUARUM.

Numerus sive Romanus sive Arabicus paginam, littera N, adnotationem indicat.

A

G

H

M

N

P

S

T

MONITUM

Antequam caetera majoris momenti recenseamus et emendemus errata, eruditum Lectorem monendum duximus, quod Adnotatio 1., quae legitur *pagg.* 438. et 439. transferri debeat ad *pag.* 440. sub num. 2.; ac ad *pag.* 438. transferenda sit Adnotatio 1., quae habetur *pag.* 439., atque ad eamdem *pag.* 439. transferri similiter debeat sub num. 3. Adnotatio 1., quae legitur *pag.* 440.

Pag.	ERRATA	CORRIGE
II.	in N. lin. 24. convenire„	convenire „)
VIII.	in N. lin. 3. et 4. Ferrasius	Ferrarius
XIII.	in N. lin. 33. Vaso	Vaso arrovesciato
Ibid.	in N. lin. 35. a udire i divini officii, a Magistrati,	e i Magistrati, a udire i divini Ufficii
XVIII.	lin. 13. subiici	subiicit
XXVII.	lin, 19. accademica	academicae
XXXI.	lin. 21. et 22 quidam	quidem
17.	in N. lin. 30. *Adnot.* 5. ad §. 3.	*pp. 7. et seqq. Adnot.* 1.
34.	lin. 14. quam eadem praeferrent	quae iisdem inesset
40.	in N. lin. 23. velatus	velatum
49.	in N. lin. 14. §. 14.	§. 22.
75.	in N. lin. 4. *Tab.*	*Fig.*
80.	in N. lin. 21. Tyrus	Tyrius
99.	in N. lin. 8. judicari	indicari
130.	lin. 8. cui	cuius

Pag.	ERRATA	CORRIGE
132.	in N. lin. 9. confundit	confundunt
142.	in N. lin. 16. et 17. plerisque	plerosque
165.	lin. 14. ERHISTION	EPHISTION
169.	in N. lin. 11. facetiuses	facetieuses
207.	lin. 12. communibus	in communibus
212.	in N. lin. 5. χθόας	χρόας
214.	in N. lin. 21. porso	porro
225.	in N. lin. 20. aliquin	alioquin
226.	in N. lin. 12. hosribus	hostibus
Ibid.	in N. lin. 15. Cum enis enim	Cum enim
238.	in N. lin. 19. sagittasium	sagittarium
239.	lin. 20. et 21. ininititur	innititur
248.	lin. 9. respesse	respexisse
260.	in N. lin. 11. Huuc	Hunc
261.	in. N. lin. 8. *aA*	*ad*
Ibid.	in N. lin. 19. c. 12.	*l. 7. c. 12.*
275.	in N. lin. 11. recenst.	recenset
302.	lin. 5. necee	necne
307.	in N. lin. 6. inceusus	incensus
Ibid.	in N. lin. 22. et 23. eapectantes	expectantes
308.	in N. lin. 8. peritde	perinde
317.	in N. lin. 23. aon	non
320.	lin. 13. tintinnabula	tintinnabula tradunt
322.	in N. lin. 11. alique	aliique
342.	in N. lin 6. aeu	seu
345.	in N. lin. 3. opnsculo , ac titulos	Opusculo , cui titulus
380.	in N. lin 10. (4) „	(4) In *Chron.*„
390.	in N. lin. 17. Gregos	Greges
409.	in N. lin. 4. ὄπποι	ἵπποι
410.	in N. lin. 17. repecussum	repercussum

Pag.	ERRATA	CORRIGE
416.	lin. 6. et 7. Montanarius	Montanerius
Ibid.	lin. 7. Monstrelletus	Monstelletus
Ibid.	lin. 9. Weso	Wlfo
419.	in N. lin. 2. ασχωμεν	πάσχωμεν
429.	in N. lin. 18. '*ἄπο	ἡ ἄπὸ
430.	in N. lin. 4. μετενήνεκεται	μετενήνκεται
436.	lin. 18. veteres . Indi	veteres Indi
461.	lin. 2. suorum	suarum
Ibid.	lin 16. et 17. expergetiebant	expergefiebant
462.	lin. 18. percusso	percussum
472.	lin. 16. et 17. Maibomius	Meibomius
479.	lin. 22. probatam	probatum
490.	lin. 2. loco	loco postremæ
524.	lin. 7. probsre	probare
535.	in N. lin 3. et 4. *Angolu*	*Angola*
Ibid.	in N. lin. 6. *p.* 1.	*p.* 10.
536.	lin. 5. et 6. exhilavandos	exhilarandos
541.	lin 18, figlinas	figulinas
559.	lin. 27. vasta	vasa
560.	lin. 22. *ibid.*	336.